(87)

3743
CP

£28.50



John Carter Brown
Library
Brown University

NN-4

Sim fran. Sirelli Tironii

OMNIVM GENTIVM MORES,

Leges & Ritus ex multis clariſſimis rerum ſcriptoribus, à Ioãne Boẽmo Aubano Teutonico nuper collecti, & nouiſſimè recogniti.

Tribus libris abſolutum opus, Aphricam, Aſiam & Europam deſcribentibus.

Non ſine Indice locupletiſſimo.

PAVPERTATEM SVMMIS INGENIIS OBESSE, NE PROVEHANTVR.



Ingenio poterãm ſuperas uolitare per arces,
Me niſi paupertas inuida deprimeret.

LVGDVNI,
Apud Franciſcum Iuſtum.
M. D. XXXVI.

HENDECASYLLABON AD LECTOREM.

Non ſic Herodotum, haud quidem Strabonem,
Haud Trogum, neq; Plinium, haud Solinum,
Scriptorem haud Siculum, haud ſenem Beroſum:
Facundis aliquem nec ex nouellis,
Non Papamq; Pium, Sabellicumq;,
De rebus breuius fideliusq;,
His tractaſſe. Videre nationes
Hic omnes Aſiæ queas uagantes,
Perſas atq; Arabes, Scythas & Indos,
Parthos, Aſſyrios, Syrosq;, Medos,
Europæ pariter Gethas Dacosq;,
Thraces, Sauromatasq;, Pannonesq;,
Germanos, Italos, Gallos, Iberos,
Hybernos quoq; Cantabros, Britannos,
Et gentes titulo ſub Aphricano,
Pœnos, Aethiopes, & incolentes
Aegyptum, & Libyæ aridas arenas,
Nonnullasq; per inſulas morantes:
Turcarum inſuper atq; Tartarorum
Sectas, Chriſtigenumq; nationum,
Quæ latè dominantur, & gubernant
Nunc regna Imperia atq; principatus
Mundum præualidè per uniuerſum.

SIGISMVNDO GRYMAVGVSTANO OPTIMARVM ARTIVM ET MEDICINAE EXIMIO DOCTORI, IOANNES BOEMVS AVBANVS TEVTONICVS. S.

COLLATVRVS ME AD *celeberrimum hũc morẽ, quo omnes, qui unquàm à ſe ſcriptos libros in lucem dedere, unũ aut plures è præſtãtoribus uiris eligere ſolẽt, quibus ueluti defenſoribus patronis, illos adſcribẽt, dedicẽtq;*: Cũ hûc atq; illuc multũ diuq; circũſpicerẽ, cui & ego lucubrationes haſce meas de Gẽtiũ moribus ac earundẽ uiuẽdi ratione, nominatim dedicare, & ad propugnãdum tradere cũ primis uelim, cui acceptas fore confiderẽ: Nemo mihi te ſplẽdidiſſime Doctor cum dignior, tũ aptior occurrit: nõ eò ſolũ, quòd eas ſub expenſis tuis, tuoq; ſub mundiſſimo caſtigatiſſimoq; literario prælo impreſſurus, laudẽ (quãtulacũq; mihi unquàm à grato & humano lectore pro habitis laboribus ceſſerit) cõmunem mecum habiturus ſis: uerûm quòd te materia ea haud mediocriter delectari notanter cognoui, cũ anno ſuperiori ſimiles libellos duos, unum de Septentrionalibus gentibus, cuius autor Matthias de Michau, alium de Meridionalibus cuiuſdam Ludouici de Bononia, impreſſeris: meq; librum præſentem in Germanicã linguã

noſtram trāsferre interpretariq́; adhortatus ſis. Et hoc digniſſimè: quippe, qui optimè diu anteà hæc atque alia, quæ de externis nationibus memorantur, omnia cognoris, ſciasq́: licet non ex leuibus circulatoribus, non ex uagis mendicis, qui, ut uulgò admiratiores acceptioresq́; ſint, adeò nefandiſſimè abſq; omni uerecundia plerunq; mentiuntur: ut non ipſis modo nō fides etiam minima habeatur, uerùm omninus iuxtà, qui aliquid de his aut ſcribunt aut recitant: Sed ex grauium fide digniſſimorum autorum ſcriptis, quibus perdius & pernox tu quoque, quandocūq; à medicis curis uacare datur, operam ſummam impendis. Atque ex hinc homini in publica præſertim adminiſtratione conſtituto nihil utilius, nihil glorioſius iucundiusq; magis, quàm ueraciter aut legendo aut peregrinando cognoſcere, qua religione, quibus moribus, qua regiminis forma, quibus legibus, inſtitutisq́; aliæ per orbem gentes uitam traducant. Quod ita compertum eſt, ut illis, qui extra patrios agros ad ſecundum uix lapidem unquàm peruenerint, quiq; ingenuorū morum & artium in iuuentute parum aut nihil perceperint, quamuis naturæ ſuæ bonitate opulenti, facundi & ſolertes ſatis ſuperq́; in patriæ ſinu populos moderentur & urbes: tantum tamen felicitatis adimatur, ut propemodum pro deſpicato quicquid dicant faciantq́;, ab omnibus habeatur. E diuerſo alijs, qui peregrè aliquando profecti, ſub fidelibus & eruditis præceptoribus in claris probeq; inſtitutis urbibus egregia multa uiderint didicerintq́;, tantum gloriæ & maieſtatis adijciatur, ut nihil ab eis attentetur, nihil fiat, quod nō ſecus, quàm à diuiniſſimo oraculo præceptum alacriter non omnes am-

plectantur, cunctisq́; non ſummè placeat. Quaprôpter ornatiſſime Sigiſmunde ſcripta hæc noſtra, quæ ex multis præclariſſimis rerum ſcriptoribus, iam triennio fermè non ſine maximis laboribus in librum iſtum collegi, congeſſi, & quantū ingenio atq; induſtria potui, augmẽtaui, à me obuijs manibus & ſerena fronte ſuſcipe, ſuſceptaq; tanta diligẽtia, tāta fidelitate perlege, perluſtra, examina, ab omniq; macula expurga: ut nihil uſquàm prætermittatur, nihil præterfluat, quod ſecum minutuli quippiam ſubripiat inuoluatq;, quod poſteà à lynceis uitiligatorum obſtrigilatorumq; oculis inuentum, ſphingeis unguibus enodatum, uipereis linguis compunctum, exibilatumq;, in famæ & nominis noſtrorum amborum diſpendium, atq; obfuſcationem in omnibus triuijs pro fabula iactetur. Quod ubi diligentiſſimè perfeceris, ſub dædaleo tuo literario prælo accuratiſſimè imprimere curabis.

Vale.

IOANNIS BOEMI AVBANI TEVTO-NICI, AD LECTOREM PRAEFATIO.

Autores quos in hoc opere ſequuntur.

MEMORABILIORES GEN-
tium mores, ritus, leges, locorumq; ubi de-
gunt ſitus, quos hiſtoriæ pater Herodo-
tus, Diodorus Siculus, Beroſus, Strabo,
Solinus, Trogus Pompeius, Ptolemæus, Plinius, Corne-
lius Tacitus, Dioniſius Apher, Pomponius Mela, Cæ-
ſar, Ioſephus: & ex recentioribus nonnulli, Vincen-
tius, Aeneas Syluius: qui poſtea Pij ſecundi pontificis
maximi nomen tulit: Antonius Sabellicus, Ioannes

Cauſa quæ eũ ad ſcribendum impulerit.

Nauclerus, Ambroſius Calepinus, Nicolaus Perottus
in Cornucopijs: alijq; permulti clariſſimi rerum ſcripto-
res in commentarijs ſuis diffuſe & ceu per partes ce-
lebrauêre: ut in uno libro conſcriptos haberes, faciléq;
quando uſus depoſceret inuenires, hiſtoriarum lector
cultorq; ſtudioſiſſime per ocium ſucciſiuis horis undiq;
conquæſiui, collegi, & in diarium hunc conſcripſi,
digeſſi: non ſpe lucri ullius, non popularis auræ ambi-
tione: uerumenimuerò tam libero & planè ocioſo ſtu-

Libelli farrago.

dio, quàm rei ipſius mira dulcedine atque utilitate. Con-
geſſi inquam tum ueteres, tum recẽtes, bonos itẽ & ma-
los, indifferenter, ut ipſis tanquam præſentiſſimis atq;
optimis exemplis perſpectis uitam inſtituendo: laudabi-
les ſanctosq; æmulabundus ſecteris, culpabiles & obſcœ-

Vtilitates enumerat.

nos uitabundus prætereas: Cognoſcasq; mi lector quàm

pulchrè & feliciter hodie, quàm item incultè & ſimpliciter olim primi mortalium, à creatione ſua ad generale uſq; diluuium & ultra multis ſæculis, terra fuſi uixerint: quum in uſu adhuc æs ſignatum haberent nullum, Mercimonia nulla, beneficia mutuo beneficijs æquarent, Nihil proprij cuiquam eſſet, quemadmodum aër & cœlum, ita terra & aqua omnibus communes: Non honoribus, non diuitijs inhiarent: quum quiſq; ſibi & admodum paucis cōtentus in rure ſub dio, aut ſaltem umbroſa ſub arbore aliqua, humiliúe caſa, cum conſorte una uel pluribus, cum dulcibus natis ſecurus & penè ocioſus ageret: congeſtis agrorum fructibus pecorumq; lacte ueſceretur, aquam potaret, ueſtimentum ex arborum corticibus latiſq; folijs primùm, deinde ex inconcinnatis animalium pellibus ſibi cōſueret: nullis obſeptus mœnibus, nullis foßis, liber uagansq; inter libera & uagātia pecora, ubicunque nox deprehenderit, reſideret: non latrones, non fures ullos metueret: lætus prorſuſq; ignarus eorum omnium eſſet. Quæ poſteà unà cum adoleſcente mundo ex uarijs diſcordibus mortalium ſtudijs, uoluntatibus, æmulationibus, ſubſequuta ſunt, quando propter fructuum abſq; cultura naſcentium inſufficientiam, aliarumq; rerum defectum, beſtiarum hominumq; externorum in primis crebram incurſionem, graſſantemq; uiolentiam, congregati hominum cœtus eam peruagādi nocendiq; libertatem cōmunibus auxilijs prohibituri: quiq; ſibi certos terræ limites, certos agros uēdicauêre, ī qbus coadunatis tugurijs populariter habitare cœpêre: ſe muris ac foßis præmunire, legeſq; ſibi & magiſtratus, ut pacatè et ipſi īter ſe uiuerēt eligere. Iam nō ex rure,

Mortalium veterum ſimplex uita.

Securitas & libertas.

Congregati homines primū.

Varia mortalium ſtudia & inuenta.

non ex pecore ſolum, ſed uarijs inuentis artificijs, uarijsq́; laboribus uitæ emolumenta quærere: per mare colligatis ratibus quàm longiſsime, deportandi primum coloniaſ gratia, deinde mercandi, ire: iunctis equis curribus uti, æs in monetam ſignare, cultius molliusq́; ueſtiri, humanius loqui, pacatius conuerſari, ſplendidius ueſci, magnificentius ædificare, per omnia iam mitiores cultiores prudentioresq́; eſſe: agnatam barbariem feritatemq́; famoſam ſponte ſua exuentes, à mutua cæde, ab humanarũ carnium eſu, à rapinis, à publico & indifferenti matrum filiarumq́; congreſſu, talibusq́; multis abſtinuere: Rationi & uiribus iam innitentes terram, quæ tota tũc opacis ſyluis, nocentibus beſtijs, & ſtagnantibus undis, humano incolatui inconueniens, deſerta, horrida, omninoq́; inculta & infrequens iacebat, induſtria & labore à ſaxorum ſalebris, ab arborum truncis, à ſuperfluis undis expurgauere, planauere, & totam fœcundam ſpectabilemq́; fecere: Campos aruis, colles uinetis adaptauere, ſarculo proſciſſos frumentum atque uinum largiter producere inſtituere, qui grauatè prius glandes ſylueſtriaq́; poma dedere, ualles irriguis pratis hortisq́; amœniſsimis decorauere, ſuprema montium ſyluis relicta: adeò omne ſolũ fructificationi aſsignauere, ut quod lignationi pabulationiq́; ſatisfaceret, ſupereſſe uix paſsi ſunt. Loca ad hæc omnia frequentiſsime incolere cœperunt, paſsim ædificare, ex modicis pagis ampliſsimas urbes, ex uillis pagos, in excelſis montibus arces, in uallibus deorum templa ſtruere, fontes ut ſalubriores utq́; delectabiliores eſſent, cæſis marmoribus complexi ſunt, circumcircaq́; conſitis arboribus amœniſsime obumbrauere, à quibus in urbes

Homines cultiores facti.

Terra uberior facta & cultior.

ſalientem aquam per cannales latenteſq́; ſiphones quàm longiſſime deriuauere: ubi naturaliter deerat, defoſſis in terram puteis profundiſſime quæſiere, torrentes impetuoſaq́; flumina, quæ frequēter prius pro libito in maximam interdum accolarum pernitiem expatiabantur, obiectis aggeribus coërcuere: atq; ut tranſuadabilia, nihiloq́; negotiationibus humanis obſtantia eſſent: immiſſis in imum palis aut arcubus eductis, ualidiſſimos pontes ſuperimpoſuere: In mari ſcopulos, à quibus nauigantes periclitari ſolebant, ut plurimum deiecere, Inſulis & continenti ſolo portus multos fecere, ac in quibus admotæ naues à uentorum flatibus ſecurè quieſcerēt naualia ſtationésq; ampliſſimas effodere: adeò omnia per terram, per mare excoluere, elaborauereq;, ut terra ipſa ad priſcum eius ſitum, naturalemq́; ſqualorem hodie comparata, alia eſſe credi poſſit, quàm quæ olim fuerit, delicioſiſſimo huic horto certè haud multum diſſimilis, ex quo propter diuini præcepti tranſgreßionem, infelices protoplaſti Adam & Heua eiecti ſunt. Præterea multas ingenioſiſſimas diſciplinas, multas artes inuenere homines: quibus per excogitatas etiā uarias literarum notas libris tabelliſq; (ut ad poſteros peruenirent) demandatis, ſeſe extra mortalem conditionem in tantum uindicauere, extulereq́;, ut indigetum deorum beatiſſimam uitam iam conſequuti uideri potuiſſent. Si non mundi princeps iniquiſſimus Satan ſuperſeminata peſtilentiſſima Zizania integrum & felicem hunc ſtatum confudiſſet, qui ut homines & numero ſuccreſcere cognouit, & melius in mundi delicijs iam habere, inuidia permotus teterrimis omnis generis ſceleribus primum ſibi obnoxios

Terra paradiſo æquata.

Homo extra mortalē cōditionem ſe uindicauit.

Mali dæmōis inuidia homo peſſundatus.

factos, mox futurarum ſupercœleſtiumq; rerum curioſitate affectos, per obſcuras oraculorum ambages, iniecta ſuperſtitione atq; timore, deorum dearumq; profanam culturam (ut unius ueri ſingularis dei cognitionē aboleret, mortaleſq; ipſos aliquo inſigni malo afficeret) edocuit: hic Delphica, illic Euboica, alibi Naſamonia adita, Dodoneaſq; quercus maligna inſpiratione reſonare fecit: quibus in Latio Saturno, in Creta Ioui, Iunoni in Samo, Baccho Thebis & in India, Iſidi Oſyriq; in Aegypto, ī Ilio Veſtæ, ī Aphrica iuxta Tritonē Palladi, Mercurio ſub Teutatis noīe in Gallia & Germania, Mineruæ Himetto atq; Athenis: Apollini Delphis, in Rhodo, Chio Patara Liciæ, in Troade, & Tymbra: Dianæ in Delo & Scythia: Veneri in Cypro, ī Papho Gnido Cytheráq;: Marti in Thracia, Vulcano in Lippara & Lēno, Priapo in Lāpſaco Helleſpōti alijſq; multis in multis alijs locis (quorum adhuc noīa ob præclariſſima inuēta & beneficia popularibus ſuis collata, in recēti memoria erant) diuinos honores fieri excitauit. Deinde etiā poſtquàm Chriſtus Ieſus uerus dei omnipotentis filius aſſumpta carne apparuiſſet, atq; errāti mundo rurſus uerum æternæ beatitudinis iter oſtendens, uerbo & exemplo ad patris ſui cœleſtis gloriam, ad bene beateq; uiuendum hortatus eſſet, miſſiſq; in orbem uniuerſum diſcipulis, ſalubri illorū prædicatione nefandiſſimos ſuperſtitionis ritus damnaſſet, religionem nouam, nouaq; ſaluberrima uitæ inſtituta promulgaſſet: & iam eò quidem deduxiſſet, ut ipſis ab omnibus in orbe gentibus receptis, ad uerā fœlicitatem deſyderari ulterius potuiſſet nihil: Ipſe Satan in genuinam malitiam reuerſus, cu-

Verus deus obliuioni datus.

Pluralitas deorum inducta.

Vbi locorum quicq; deorum magis culti.

Christus Ieſus ab errore vindicauit.

Malus dæmō iterum homini inſidiatus.

rioſa hominum pectora, quæ deſtituere coactus fuerat, iterum circumueniens, quædam in priorē errorem redu xit, quædam nouis hæreticis opinionibus adeò corru- pit, adeò excæcauit, ut multo melius ipſis fuiſſet, ingreſ- ſam ſemel ueritatis uiam quodammodo ignoraſſe, quàm ſic temere, ſic malitioſe dereliquiſſe. Obſeruant hodie diuinoq; honore quàmdeuotiſſime proſequuntur Aſiæ minoris, Armeniæ, Arabiæ, Perſidis, Syriæ, Aſſyriæ, Mediæ, et in Aphrica Aegypti, Numidiæ, Libyæ, Mau ritaniæ, In Europa totius Græciæ, Myſiæ, Thraciæ, Tur cici nominis gētes omnes, Chriſto abiecto, Epilenticum Mahometū & illius ueſanū dogma. Scythiæ latiſſimi po puli, qui Tartari hodie uocantur, pars Imperatoris ſui Chami idola, pars aſtra, pars etiam unum deum ex apo- ſtoli Pauli doctrina ueneratur. Indiæ ac Aethiopiæ gen tes, quæ preſbytero Ioanni parent, Chriſtianā pietatem tuentur, ſed inſtituto longe à noſtro diuerſo. Synceram orthodoxamq; Chriſti fidē, qua gratioſe olim orbis uni- uerſus illuſtratus fuit, Germani retinemus, Itali, Galli, Hiſpani, Angli, Scoti, Hyberni, Daci, Liuonij, Prußij, Poloni, Hungari, & inſulares Rhodij, Siculi, Corſici, Sardinij, paucíq; alij. Effecit acerbiſſimus humani gene- ris hoſtis hac inducta morum diuerſitate, hac ſacrorum & rituum perdita damnoſáq; ſuperſtitione, ut dum unaquæq; gens deū, quem religioſe colit, quemq; præ ſe fert uerum ſummumq; eſſe, dum ſe rectam æternæ bea- titudinis uiam ambulare: cæteras uerò omnes per deuia, per abrupta oberrare magnis rationibus cōtendit, dūq; unaquæq; ſectam ſuam longe lateq; propagare & extē dere nititur: ſeſe mutuo tantis inimicitijs, tantis odijs ha-

Gentes Mahometanæ.

Idolatræ Scythæ.

Schiſmatici.

Veri Chriſtiani.

Diſcordiæ oīs ſeminariū cultus diuini diſparitas.

beant proſequanturq́;, ut ad externas hodie nationes peregrinari non ſolum non ſit tutum, ſed ferè omnino prohibitum & occluſum: unde fieri perſuaſum mihi habeo, ut dũ uicinarũ gentium nomina uicinis gẽtibus uix cognita ſint, pro mendacijs hodie repudientur quæcunq́; de ipſis aut ſcribãtur aut referãtur: quorum cognitio tamen adeò dulcis, adeò utilis, glorioſaq́; ſemper reputata eſt, ut clare cõſtet: nõ ob aliam cauſſam quam illius amore atq́; deſyderio pleroſq́; relicto natali ſolo, relictis charis parẽtibus, coniugibus, liberis & amicis, relicta, quod magis eſt propria ſalute cũ maximis difficultatibus, periculis, curis, anguſtijs, ut aliquid experirẽtur, remotiſſimas trãſmarinas interdum aſſumpſiſſe peregrinationes: ut cõpertum habeamus nõ hac tempeſtate noſtra ſolum uerum ab exordio ferè mundi omnes perquàm maximæ autoritatis, prudentiæ, eruditionis ab omnibus exiſtimatos, in Reipublicæ (pacis & belli tempore) magiſtros, cõſiliarios, iudices, cenſores, adminiſtratores, duces publico conſenſu electos aſcitoſq́; eſſe: qui ad remotas terræ oras aliquãdo profecti multorum populorum mores cognouere & urbes: quemadmodum Græciæ atq́; Italiæ priſcos illos philoſophos, Socratem Socraticam, Platonem Academicam, Ariſtotelem Peripateticã, Antiſthenem Cynicam, Ariſtippum Cyrenaicam, Zenonẽ Stoicam, Pythagoram Pythagoricam: tantas ſectas tantamq́; diſcipulorum frequentiam inſtituere conciliareq́; ſibi potuiſſe cõſpicimus: quemadmodũ ueteres quoq́; legum latores Minoim & Rhadamantum Cretenſibus, Orphea Tracibus, Draconem Solonemq́; Athenienſibus, Lycurgum Lacedæmonibus, Moſen Iudæis, Zanolxim

Cognitio externarũ rerũ iucũda & vtilis.

Priſci Greciæ philoſophi vnde philoſophiã & gloriam auſpicati.

Primi legumlatorũ vnde autoritatem conſequuti.

Scythis, aliosq; multos popularibus ſuis præſcriptas ſa-crorum cæremonias, ciuilesq; diſciplinas ferre potuiſſe uidemus: Quòd non à ſe intra patrios muros eas excogi taſſe, ſed à ſapiẽtiſsimis ſeculi hominibus Chaldæis ipſis, Sapientes ſeculi. *Magis, bragmanis, gymnoſophiſtis, & ab Aegyptiorũ ſacerdotibus, cum quibus aliquandiu conuerſati eſſent, deportaſſe ſcirent: quẽadmodum poſtremo præſtantiſsi-mos heroas Creteum Iouem, qui quinquies terrarũ orbẽ* Præſtantiſſimi heroes vnde militarem gloriã obtinuere. *perluſtraſſe prædicatur: Pari quoq; ſtudio ſucceſsuq; eius duos filios Dyoniſium cognomento Bacchũ, & for tiſsimum Herculem æmulumq; illius Theſea, Iaſonẽ cum cæteris argonautis, naufragum Vlyſſem, & ex Troia profugum Aeneam, Cyrum, Darium, Xerxem, Alexan-drum magnum, Hannibalẽ Pœnum, Mithridatem Ponti regem, quinquaginta nationũ linguis loqui peritum. An tiochum magnum, innumerosq; Romanorum principes, Scipiones, Marios, Lentulos, Pompeium magnum, Iuliũ Cæſarem, Octauianum Auguſtum, Conſtantinos, Caro-los, Othones, Conrados, Henricos, Federicos, per factas à ſe in exteras nationes bellicas expeditiones: immorta-lem hanc gloriam ſempiternamq; memoriam comparare potuiſſe cognoſcimus. Quapropter quum tanta ſit in* Peroratio. *gentium earundemq; morum cognitione uoluptas, tanta utilitas, quumq; omnibus remotas terras adire inuiſereq; ob plurimas cauſſas non cõcedatur, non liceat etiã: uelis ſuauiſsime mi lector conſcriptos in hoc libro celebriores gentium mores celebrioraq;, in quibus habitant, loca nõ minori alacritate promptitudineq; legendo amplexari & cognoſcere, quàm ſi te per manus regionatim circũ-ducens fideliſsime, quo inſtituto, & quo in loco, una-*

quæq; gens uitam egerit hodieq; agat, & ore ad os referrem, & ad oculum digito demonſtrarem. Non moueri, non auerti uelis, quòd à rigidiori cenſore mihi obijci, Veniam precatur. *exprobrariq; poßit, rem me peruetuſtißimam, & plus quàm à mille autoribus anteà pertractatam, etiam non alijs quàm eorum uerbis, nunc pro meo, proq; nouo aliquo attuliſſe: uerum inſtitutum meum diligentius introſpiciens cognoſcas, me tam ex ingenij mei, quàm librorum meorum theſauro haud uulgari, tibi (ceu liberalis hic Paterfamilias, cui in euangelio Chriſtus omnem ſcribam doctum comparauit) dilecto hoſpiti non aliena modo & uetera, ſed mea etiam & plurima noua exhibere. Vale, & quicquid eſt boni conſule, acceptumq; habe.*

DE ORIGINE HOMINIS OPINIO THEOLOGORVM VERA.

CAPVT I.

DIVINA MAIESTAS, quum cœlum, & hanc uniuerſi faciem, quæ ab ornatu, & eleganti forma mundus appellata eſt, ac omnia quæ illius ambitu comprehenduntur, quinto creationis die abſoluiſſet: ſexto hominem maſculum, ut eſſet, qui illis & præeſſet & frueretur, nobiliſsimum animal fecit: unum omnium animantium quod cœleſtem mentem ſortitum eſt. Illi, quòd ex rubentis terræ uena fieri contigiſſet, Adami nomen dedit: tum mulierem ex dormientis Adæ latere deprōptam, ne ſolus eſſet, illi in ſociam & cōiugem commiſit: ſimulq; in amœniſsimam terræ partem conſtituit, fluminibus quaq; uerſus irriguam. Locus à uiridante facie, hilariq; aſpectu παράδεισος eſt Graia uoce appellatus. Primò beatiſsimā uitam agere, malorū omniū expertē, terra ſua ſpōte ferēte omnia. Cæterū lege aberrantes amœniſsimo incolatu, ſedeq; illa beatiore depulſi, ſolum flebiliter uertere. Cohibita deinceps & tellus eſt, quum nihil ultro ferret amplius, per ſudorem & ærumnam uitam agere: ſubijt inde morbus, tentareq; cœperunt frigora &

Mundus vnde appellatus.

Primorū parētum origo & appellatio.

Adamus.

Paradiſus.

Fertilitas terræ cur cohibita.

Protoplaſtorū uita.

Cainus primo genitus.

æſtus humana corpora. Cainus primo ex his genitus, ſecundo loco Abelus, & tum multi alij: ita adoleſcēte mū do: quum iam terra frequentius coleretur, quo maior humanarum gentium uis erat, eò magis uitia inualeſcere, uitáq; in peius labi, iniuria pro innocentia haberi cœpta eſt, pro pietate numinis contemptus: eóq; ſcelus ipſum proceßit, ut deus (uix Noë uno mortalium iuſto reperto, quem propter hoc cum domo ſua ſeruari uoluit, ut eſſet per quem humanum genus ex integro reparari poſſet) cataclyſmum immiſerit, qui inundans omnem terram, una clade omnia animantia, quæ tunc in terris fuere: præter admodum pauca, quæ myſtica nauis tuebatur, cum uolucribus etiam extinxit. Poſt quinos deinde menſes, quibus ea inundatio ſæuijt, arca in Armenis montibus deſedit: Noë cum ſuis in terran egreſſus, mortale genus breui tempore propitio numine reparauit: et ut rurſus omnis terra incoleretur, filios, nepotes, ac pronepotes alios ad alias terrarum oras uelut in colonias habitatum miſit. In Aegyptum (ut Beroſus habet) cum Colonijs Chami Eſennium, in Libyam & Cyrenen Tritamem, & in totam reliquam Aphricam Iapetum Priſcum, Atalaa in Aſiam orientalem miſit, Gangem, cū aliquot ex filijs Comeri Galli, in Arabiam felicem Sabū cognomine Thuriferum, Arabum præfecit Arabiæ deſertæ, & Petreium Petreiæ: Canaan poſuit in Damaſco uſq; in extima Paleſtinæ: In europa regē Sarmatiæ fecit Tuiſconem à Tanai ad Rhenum flumen: iunctiq; ſunt illi omnes filij Iſtri & Meſæ cum fratribus ſuis ab Adula monte uſq; in Meſemberiam Ponticam: ſub quibus tenuerunt Tyras Archadius Emathius Italiam, Comerus Gallus:

Cataclyſmus.

Diluuiū quādiu durauit.

Noe prorogatio.

Noe filios ac nepotes habitatum trāſmiſit.

Gallus: Sanotes poſſedit Celtas, & Iubal Celtiberos. Fuit breuis illa & immatura filiorũ alienatio à progenitoribus (quorũ uiuendi ritus & mores nondũ adhuc ſatis imbiberant) omnis diuerſitatis, quæ ſequuta eſt, cauſſa. Chamus ſiquidem ob ludibrium, quo patrem habuit, cum uxore & liberis profugere coactus, in ea Arabiæ parte cõſedit, quæ ab eo poſteà nomen ſortita eſt: poſteris nullum ſacrorum ritum tradidit, quum nullũ à patre accepiſſet. Vnde factum, ut quum procedente tempore alij poſt alios ex ea terra rurſus uelut in colonias miſsi, diuerſa mundi loca tenuiſſent (creuit enim ſupra modũ abdicata ſoboles) quidam in errores inciderint inextricabiles: lingua uariata eſt: cognitio ueri Dei, & oĩs cultus perijt. Adeóq; quidam inculto & barbaro modo, ut audies, uitam duxere: ut quid differentiæ inter eos, & ſylueſtria animalia extiterit, uix uideas. Qui in Aegyptum tranſiere, cœleſtium luminum motum pulchritudinemq; mirati, Solem & Lunam, uelut certum ipſis numen ineſſet, pro dijs colere cœpere, Iſidem hanc, illum Oſyrim nominantes. uitali ſpiritui etiam ſub Iouis appellatione: ſub Vulcani igni: Aetheri ſub Palladis: ſub Cereris telluri, alijsq; ſub alijs nominibus diuinos honores tribuere. Nec tenebræ illæ rerum tantùm in Aegypto ſtetere: ſed quaſcũq; à principio terras tenuerũt à Chamo procreati, ueræ pietatis ignorãtia ſimul & infanda ſeruitus cepit. Cæterum nulla unquàm tellus plurium fuit coloniarum mater, quàm Arabiæ pars illa, quam is cum ſuis inſedit: tantam humano generi cladem intempeſtiuũ unius attulit exilium. Contrà Semi & Iaphetis prognati, legitimè à maioribus inſtituti, modicis finibus cõtẽti,

Vnde morũ & linguæ diuerſitas orta.

Chami immaturum exiliũ.

Homĩes a brutis non differebant.

Sol & Luna diuinos honores conſequuti.

Iſis Luna.

Oſyris Sol.

Aer Iuppiter.

Ignis Vulcanus.

Aether Pallas.

Terra Ceres.

Arabia multarum coloniarũ mater.

Semi & Iaphetis prognati.

haud tam latè, ut illi, ſũt per omnes terras euagati: Quo accidit, ut ueritatis ſtudiũ, pietatis dico & ueri Dei cultus apud unam duntaxat gentem ad Meſſiæ uſq; tempora in occulto permanſit.

Quare veri dei cultus apud rã paucos permãſit.

De origine hominis opinio Ethnicorum falſa.

CAPVT II.

VEteres uerò illi Philoſophi, qui præter ueri numinis cognitionẽ, ante multa ſæcula naturã & hiſtorias tradiderũt, de hoĩs origine aliter ſenſerunt. Quidã enim mundũ ingenitũ & incorruptibilẽ, & genus humanum ab æterno extitiſſe, neq; habuiſſe ortus principium credidere. Quidam genitum corruptibilemq; arbitrati, & homines dixerunt generationis initium tempore eſſe ſortitos. Nam *à rerum primordio & cœlum & terram unicam habuiſſe ideam immixta eorũ natura.* Exinde *diſtinctis inuicem corporibus cœpiſſe mundum, hunc ordinem, quem uidemus.* Aẽrem *quidem motum hunc continuum ſortitum, & igneam partẽ eius ſuperiora loca, propter leuitatẽ, appetiſſe. Eadẽ cauſſa ſolem aſtraq; cætera curſus ſuos ſortita. Quod uerò humori mixtum, eodem ſtetiſſe in loco, propter grauitatem: quæ quum mixta eſſent, ex humidis quidẽ mare effectum, ex durioribus uerò terram lutoſam euaſiſſe, & omnino mollem.* Hæc *primùm quum ſolis ardore denſior euaſiſſet, eius poſtmodum ſuperficie ui caloris tumefacta, multis in locis humores quoſdam eſſe concretos: in quibus putredines tenui cõtecta pellicula ſint excitatæ, quemadmodum in paludibus* Aegyptijs *& ſtagnis acci-*

Philoſophorũ de mundo duplex opinio.

Leuia ſuperiora, grauia inferiora appetiſſe

Animãtium naturalis creatio. Aegypti fœcũditas.

dere uidemus: quum frigidam terram ſubitò æſtus aëris calefacit: tum uerò in humidis calore adhibito generatio fiat: & noctu quidã circũfuſus aër humorẽ præſtet, qui in die, ſolis uirtute conſolidetur: tandem putredines illæ ad ſummũ perductæ, adueniente ueluti partus tempore, exuſtis cõfractiſq; pelliculis, omnis generis educũt animantium formas: quorũ ea quæ maiorẽ calorem ſortita ſunt, in ſuperiorem regionem uolatilia effecta, abierunt: quæ uerò plus terræ continebant, ſerpentia, aliaq; terreſtria euaſerũt animantia. Naturam aquoſam nacta in ſui generis elemẽtum delata ſunt, & piſces appellata. Terra deinceps, tum ſolis ardore, tum uentis indies magis areſcens, à gignẽdis maioribus animalibus deſijt: ſed quæ generata erant mutua commixtione alios animãtes procrearũt. Eodẽ quoq; modo & homines à principio genitos dicunt, in agris paſtum quærẽtes, ſylueſtri & incognita uita uixiſſe: quibus herbæ & arborũ fructus ultro uictum præberent. Beluas inſuper ijs fuiſſe infenſas, quibus ut obſiſterent, cœtus hominum ob timorẽ factos aiunt communis utilitatis gratia, auxiliaq; inuicem præbita, & loca habitaculis quæſita: ſonus oris cõfuſus quũ eſſet, paulatim diſcreuiſſe uocem aiunt, & res omnes ſuo nomine appellaſſe. Verùm quũ diuerſis ſiti eſſent in orbis locis, non eiſdem uſos uerbis ferunt: propterea & diuerſos literarũ characteres extitiſſe. Primoſq; hominũ cœtus ſuæ quenq; gentis initium fuiſſe. Verùm primi homines nullo ſubſidio fulti, duram agebant uitam, quum ignorarent agreſtes fructus in uſum futurũ condere, & ad egeſtatem ſeruare: hinc fiebat, ut hyeme plurimi aut fame, aut frigore interirẽt. Experimẽto deinde edoctos,

Primorũ hominũ iculta uita.

Primi homĩes a beluis infeſtati.

Diuerſitas linguarum vnde facta.

Gentium diuerſitas.

Homines periculo prudẽtes facti.

& ſpeluncas aiunt quæſiſſe, ad euitandam frigoris uim, & fructus ſeruare cœpiſſe. Ignis ad hæc notitia, cæterarumq; utilium rerũ percepta: & cæteras quoq; uitæ hominum commoditates breui tempore eſſe adinuẽtas. deniq; neceßitatem ipſam rerum magiſtram factam, ſingulorum peritiam ingenijs mortalium ſubminiſtraſſe: quibus coadiutores datæ ſunt manus, ſermo, animiq; præſtãtia. Et illi, qui eam hominis originẽ fuiſſe perſuaſum habuere, & non ad diuinam retulerunt prouidentiã, Aethiopes omnium mortalium primos fuiſſe dixerunt: hac coniectura uſi, quòd Aethiopicum ſolũ ante omnes terras ſyderis propinquitate intepeſcere cœpiſſet, quũ terra eſſet ab initio uliginoſa: quo contigit, ut ex prima illa humoris calorisq; temperie homo ſit ipſe genitus, atque eam terram in qua naſci contigiſſet, libentius tenuerit, quàm diuerſam ullam, quum ignota adhuc eſſent omnia, quæſiuerit. Ibi ergo exordientes, ubi prius paucula de Aphrica una trium partium, in quas totus terrarum orbis, & hic liber noſter partitus eſt, præmiſerimus: de Aethiopiæ ſitu & eius gentis moribus primùm, tum ſingularum regionum, & gentium per ordinem, qua poterimus diligentia, referemus.

Magiſtra rerũ neceßitas.

Aethiopes omnium mortaliũ primi.

Captatio beneuolentiæ a dicẽdorum propoſitione.

De terræ ſitu & partitione CAPVT III.

MAiores noſtri, ut refert Oroſius, totius terræ circulũ Oceani limbo circũſeptum triquetræ eſſe figuræ ſtatuere: eiusq; tres partes, Aphricam, Aſiã & Europã. Aphricam ab Aſia diſterminat Nilus: qui à Meridie in Aethiopiã diffunditur, & Aegyptũ plabẽs, ac mirabili fœcunditate irrigans, oſtijs nõ minus ſeptem

Terra ĩ partes tres diuiditur.

Aphrica ab Aſia diuidit.

mari infunditur. Europā ab Aphrica diuidit mare mediterraneum, quod ab occidentali oceano circa Gades inſulam, & columnas Herculeas, nō amplius decē millibus paſſuum patens, terras aperit atq; intrat, ait Pōponius Mela. Aſiā ab Europa Tanais fluuius ſeparat, à Septentrione in mediam ferè paludem Mæotidem defluens, cū Pōto reliquū Aſiæ ab Europa diuidit. Aphrica ab Oriētis parte Nilo, à cæteris partibus mari terminata, Europa breuior ubi mare attingit latior: unde in iuga exurgens, pergit in curua ad occaſum, faſtigiatq; ſe molliter, & fit paulatim adductior, ubi finitur anguſtiſſima eſt. Quantum incolitur fertilitate præſtat. Verùm maxima inculta eſt, & uel ab harenis ſterilibus obducta, uel ob ſitum cœli deſerta: uel multo ac malefico animaliū genere infeſta. Mare quo à Septētrione cingitur Libycū uocatur, à Meridie Aethiopicū, ab Occidēte Atlanticū. A quatuor nō amplius nationibus ab initio Aphricum ſolū incolebatur, quarū duæ (ſic ſcribit Herodotus) indigenæ ſunt: totidē alienigenæ. Indigenæ quidē Pœni atq; Aethiopes: quorū alteri ad Aquilonē Aphricæ, alteri ad Auſtrū incolunt. Aduenæ uerò Phœnices & Græci. Vetuſtiores Aethiopes necnō et Aegyptij, ſi uera ſunt, quæ ipſi de ſe prædicant, aſperi & inculti ab initio: ferinæ carnes herbæq;, ueluti pecoribus, uulgò cibus fuere: neq; moribus, neq; lege, neq; imperio ullo uſi: uagi temereq; palātes, nullas certas ſedes habuere: ubi nox oppreſſerat, ibi corpora quieti dabant. Poſtea uerò ab Hercule, qui & in eam terrā colonias deportaſſe dicitur, mitiores cultioresq; facti, ex ijs nauibus quibus in Libyā tranſfretauerunt tuguria fecerunt, & cōuenire cohabitareq;

Europa ab Aphrica diuiditur.

Aſia ab Europa diuiditur.

Aphricæ ſitus qualitas & gētes.

Aphricæ incōmoda.

Quatuor aphricæ latera.

Indigenæ Aphricæ gētes.

Aduenæ aphricæ gentes.

Aphri ab Hercule cultiores facti.

cœperunt. Sed de his plura poſteà dicemus. Inæqualiter terra Aphrica colitur, ad Meridiē plurimùm ob nimios æſtus deſerta: contra qua Europam ſpectat frequentior illi cultus. Eximia & propémodum portentoſa agrorū feracitas, utpotè qui locis quibuſdam centeſimo fœnore reddant cultoribus meſſem. Mirum eſt, quod de Mauritaniæ ubertate dicitur: eſſe in ea uites, quas duorū hominum complexus capere non poßit, uuarum racemos cubitales: Staphilini, Hippomaratri & carduorum ſcapos duodenum cubitorum, enormi craßitudine calami Indicis ſimiles, quorum nodi octo capiāt modiolos: Aſparagos ad hæc uideri haud minus notabili magnitudine. Arbores circa Atlantem proceritate inſigni enodi, nitore folio cupreßi: ſed omniū nobilißima Citrus Romanis delicijs inſerta. Alit & Aphrica Elephātos, et Dracones, qui ipſis beluis inſidiantur, ſuoq; complexu enecāt Leones, bubalos, pardales, capreas, & ſimias, quibuſdam locis ſupra modum frequentes: Sunt & Camelopardales, Rhizes tauris ſimiles. Herodotus cornutos Aſinos ibi naſci autor eſt, Dracones inſuper, Hyænas, Hiſtrices, agreſtes arietes, Thoas ex Hyæna & Lupo genitas, Pantheras, Ciconias, Pigardos, Struthios, & præter multa ſerpētum genera Ceraſtas & Aſpidem: cui peſti Icneumonem minimum animal oppoſuit natura.

Terræ aphricæ qualitas.

Portentoſa aphricæ feracitas.

Mauritaniæ mira ubertas.

aphricæ mirabilia.

Quæ animalia in aphrica naſcantur.

De Aethiopia & gentis eius priſcis moribus. CAPVT. IIII.

AEthiopia duplex regio eſt Aſiæ & Aphricæ: altera quæ & hodie India dicitur: ad oriētem ſolem Rubro & Barbarico mari alluitur: ad ſeptētrionē Libye & Aegypto contigua: ad occaſum interiorē ha-

æthiopia duplex.

æthiopia hodie India dicit.

bet Libyā: ac reliqua parte, qua Auſtro iacet obuerſa: alteri iūgitur Aethiopiæ, quæ maior eſt & auſtralior: ſic appellata ab Aethiope Vulcani filio, q illi præfuit: ut Plinius ait: uel à Græco αἴθω cremo & ὤψ aſpectus: quòd ſolis uicinitate torreat. Eſt enim iugis æſtus. Quicquid eius eſt ſub Meridiano cardine eſt. Mōtuoſa eſt circa occiduū, arenoſa in medio, ad orientē deſerta. Plurimas habet gentes diuerſo uultu & monſtruoſo, ſpecie horribiles. Primi omnium mortaliū creduntur ueriſſimiq; indigenæ, & ſeruitutem nunquàm experti: Semper gēti libertas incolumis manſit. Primo deorum cultum apud eos inſtitutū memorāt, primasq; ſacrorum cæremonias. Duplicem literarū uſum, ut quæ ſacræ dicerentur ſacerdotibus dūntaxat notæ eſſent: Alterum earum, quæ uulgò paterent. Fuerunt tamen literarū figuræ haud tales, ut ex illis ſyllabæ coaleſcerent: ſed animantibus extremisq; hominum partibus, uarijsq; inſtrumentis, artificumq; perquàm ſimiles: ſingulisq; ſua inerat figuris ſignificatio: ut in accipitre celeritas, in crocodilo malū, cuſtodia in oculo, ſicq; aliæ in alijs. Ex ſacerdotibus, quē phanatico curſu circumferri uiderint, omnium ſanctiſſimum iudicant. Quem ubi Regem creauerint, ueluti numen inſit, aut ſit ad minus diuina prouidētia eis datus, uulgo adorant, uitam is agere ſtatutam legibus debet, omniaq; facere iuxta patrios mores. Neminē neq; præmio neq; pœna afficere. In quem autem animaduerſum uolet lictorem ſignum mortis habentem ad eum mittit, quo inſpecto confeſtim, quiſquis ille eſt, domum reuerſus ſibi mortem conſciſcit. Tantus regibus honor, tantumq; ſtudium ab his tribuebatur, ut ſiquando

Qualitas æthiopiæ.

Mortaliū vetuſtiſſimi æthiopes.

Deorū cultus ab æthiopibus inſtitutus.

Literę quibus vſi æthiopes.

Rex ex ſacerdotibus phanaticus eligitur.

Obedientia æthiopum.

aliqua corporis parte ex quauis cauſſa debilitaretur Rex,*domeſtici homines,ſponte ſua eandē partem debili tarent:turpe exiſtimantes*, Rege *claudo aut monoculo & non amicos omneis claudos aut unoculos eſſe*. Ferūt *quoque conſuetudinis eſſe,amicos ultro in* Regis *morte uita defungi,exiſtimantes eum interitum glorioſum ue-*

veſtitus æthiopum.

*ræq; amicitiæ teſtem.*Plures *ſyderis propinquitate nudi agunt,ouillis caudis pudenda obtegūt,pauci omnino pe*

Studium & exercitium.

*corum ueſtiuntur pellibus.*Alij *ſubligacula capillis con- texta ad medium corpus inducūt.*Pecuariam *rem uulgò exercent:pecora puſilla admodum duri hirtiq; uelleris.* Canes *& ipſi nihilo maiores,cæterum aſperi & pugna ces.*Milij *hordeiq; frequens uſus,unde potum etiam cō- ficiunt:cæteris carent frugibus, præter palmulas,easq; perraras.*Quidam *herbis uictitant,tenuioribusq; harun*

Meroë olim regni æthiopici caput.

dinum radicibus,carnibus,lacte,caſeo ueſcūtur. Meroë *fuit olim regni caput,clypei figuram ea inſula imitatur, ad tria millia ſtadiorum cum* Nilo *protenſa.*Accolūt *pa ſtores eam,qui paßim uenātur,& agricolæ aurifodinas*

aurum apud æthiopes ære vilius.

*habent.*Herodotus *autor eſt,apud* Macrobios Aethio- *pes æs pluris exiſtimari,quàm aurum,cuius tam uilis ſit uſus,ut* Cābyſis *legati eò pfecti,ſontes uiderint aureis catenis in cuſtodia uinctos.* Quidam *Siſanum, alij lotū ſerunt:*Hebeno *abundant,& Siliquaſtro,* Elephātes *ue- nantur & comedūt:*Leones *habent,*Rhinocerota, Baſi *liſcos,*Pardales,Dracones*q;,qui multiplici nexu implici- tos* Elephantes *hauſtu ſanguinis conficiūt.* Hyacinthus *ibi & Chryſopraſus reperiuntur. Colligitur &* Cinna-

arma æthiopum.

*momum.*Arcubus *utuntur quadricubitalibus ligneis & peruſtis inſtruuntur bello & mulieres,quarum pleræq;*

oris labiũ æneo traiectum habẽt circulo. Venerãtur eorum quidam orientem ſolem, occidentem diris ſupplicationibus inſectantur. Mortuos nonnulli in profluentem deijciunt, alij fictilibus condunt dolijs, quidam etiam uitreis cõditos domi in annũ aſſeruant, religioſeq́; interim colunt, primitias offerũt. Sunt qui tradant Regem ab his potiſſimũ declarari, qui forma & alẽdorũ pecorũ peritia, roboreq́;, & opibus cæteros antecellat. Fuiſſeq́; ius olim ut Memphiticis Sacerdotibus mortis per internuncium Imperandæ, alteriusq́; inde mortui locum, quũ libitum eſſet, conſtituendi. Deum alterum immortalem credere, eum qui rerum ſit princeps atq; uniuerſi cõditor: mortalem alterũ, eumq́; incertum. Regem, ut dictum eſt, & eum, qui de ciuitate meritus ſit, ſecundũ poſt Regẽ, ut deos uenerantur. Et talis fuit ab initio, & iam ante multa ſæcula Aethiopiæ ſtatus: hi genus ritus et mores. Hodie uerò: ut ſe Marcus Antonius Sabellicus (ex quo maiorem partem eorũ, quæ hic, & in ſequẽtibus à nobis dicũtur, accepimus) ab ipſis locorũ illorum indigenis cognouiſſe dicit: Aethiopiæ Rex (quẽ noſtri Pretoianem uocant, ac ſacerdotem Ioannem ſiue Ianem: illi Giam, id eſt, potentem) tam potens eſt ut duobus & ſexaginta alijs regibus imperitare prædicetur: magnorum Antiſtitum deſyderia ad ipſum omnia referri, atq; ſacerdotia impetrari, quod Romanus põtifex Regum Maieſtati dedit. Sacerdos tamen ipſe non eſt, nec ullis ſacris initiatus. Primorũ Antiſtitum ingens numerus: atq; cuiq; horum, ut minimũ, uiginti obediũt epiſcopi. Principes atq; alios maioris dignitatis Antiſtites, quũ in apertũ exeũt crux præcedit, & aureũ uas terra refertũ, ut hoc ĩſpe-

Religio æthiopum.

Sacerdotum æthiopum autoritas.

Dij æthiopũ.

Recẽtes æthiopum mores.

Pretoianes.

Giam, ſiue preſbyter Ian æthiopię rex.

ctum euntem ſuæ admoneat mortalitatis, illa dominicæ paßionis. Sacerdotes procreationis cauſſa ducunt uxorem, quam, ſi morte amiſerint, nefas eſt aliam ſuperducere. Magna diuorum templa, ac noſtris opulentiora, plurimũq; fornicato opere ad ſummũ educta. Multæ piorũ ordinũ familiæ, Antonij, Dominici, Calaguritani, Auguſtini, Macharæi, Colore amiciuntur indiſcreto antiſtitũ permiſſu. Secundũ deum optimum deiparamq; uirginẽ, ſumma in his terris ueneratio Thomæ cognomẽto Didymo. Regum ille maximus, quem Giam uocant, à Dauide procreatus, ſtirpe unius gẽtis in tot ætates (ut ipſi perſuaſum habent) propagata. Eſtq; non atro, ut plurimi Aethiopum, ſed cãdido colore. Garama urbs regia, quæ nõ muris, nõ parietibus conſtat, ſed tabernaculis in ordinem digeſtis, ex ſerico, biſſo, purpura intextis. Veteri inſtituto Rex in aperto agit: nec ſe intra mœnia plus biduo cõtinet: aut qa id turpe ducũt, & molle, aut ꝙ lege quadã nõ liceat. Decies centũ millia hominũ ad bellũ inſtruit, quingẽtos Elephãtos, equorũ ad hæc, & Camelorum ingentẽ numerũ: & hæc uel mediocri rerum motu. Suntq; in tota gẽte familiæ ſtipendiariæ, ex quibus orti, ſigno crucis, uelut cauterio inſigniũtur, cute leniter inciſa. Arcu in bello utuntur: conto, lorica, galea. Sacerdotiũ in ſumma dignitate, Secunda dignitas ſapientũ, quos balſamatos & Tenquatos uocant: tribuitur etiam nõ parum innocẽtiæ & probitati, quã primo ſapiẽtiæ gradu collocãt. Nobilitati tertius habetur honos, ſequũtur ſtipendiarij. Iudices de uita hominis decernunt, decretũ ad præfectũ urbis deferunt, quem Lycomegiã uocãt: locũ regis is tenet. Legibus nullis ex ſcripto utũtur; ex bono

Sacerdotes cõiugati ſunt.

Thomę apoſtoli in æthiopia ſumma veneratio.

Regis æthiopum potentia.

arma bellica ęthiopum.

& æquo iudicant: ſi quis adulterij ſit conuictus, quadrageſima bonorum omnium pars mulcta eſt: de adultera domeſtica ultio: illi quorum intereſt puniunt. Viri dotem conſtituunt ijs, quas ſibi matrimonio iungunt, non aliunde quærunt. Mundus muliebris ex auro, quo gens plurimũ abundat. Margaritis & ſerico, uiri & fœminæ ueſtitu utũtur ad pedes demiſſo, manicato, nec uſpiã adaperto, indiſcreto colore, præterquàm nigro, qui in ea gente luctificus eſt. Defunctos lugent quadraginta dies. Lautioribus cõuiuijs ſecũda mẽſa crudæ inferuntur carnes, quibus affabrè cõciſis: reſperſiſq; aromate auidiſſimè ueſcũtur. Lanificio carẽt, ſericũ aut linũ ueſtit totã gentem: nõ unus omnibus ſermo, ſed uaria loquendi ratio, uarijſq; diſtincta nominibus. Agriculturam exercẽt, & rem pecuariam. Bina meſſis eſt illis: bina etiam æſtas. Quicquid Libycarum gentium ab Aethiopia hac ſeu India uſq; ad occidentem ſolem, omnes Mahometis impietatem colunt, uiuuntq; eodem ferè cultu, quo & Barbari qui in Aegypto ſunt hodie, & Mauri appellãtur, ab ipſa, ut creditur, Maurorũ euagatione: nam ea quoq; gens Libyæ non minus infeſta fuit, quàm Sarraceni: diris illis temporibus, quibus magna in humanis rebus facta eſt mutatio, mores gentium, pietatis cultus, terrarũ nomina paſſim immutata.

Adulterij mulcta.

Dotẽ viri mulieribus conſtituunt.

Mahometus etiam in Libya obſeruatur.

Mauri in ægypto.

De Aegypto & ritu gentis uetuſto.
CAPVT V.

Aegyptus regio in Aphrica, uel ſecũdũ aliquos Aphricæ ꝓxĩa, ab ægypto Danai fratre ſic appellata, quũ prius Aëria diceretur. Hæc teſte Plin. li. V. Ab oriẽte rubro mari, Paleſtinæq; cõiũgitur: ab occaſu

Aegypti denominatio & deſcriptio.

Cyrenem & Aphricæ reſiduũ habet: à meridie uſq; in
Aethiopiã protẽditur. A ſeptẽtrione mare Aegyptiũ.
Eius inſignes urbes fuere Thebæ, Abydos, Alexandria,
Babylon & Memphis. Hodie Damiata & Soldani ſe-
des ciuitas Chayrus ſiue Alcyr ampliſſima. In Aegypto
(ut Plato inquit) nunquàm uiſum eſt pluere, ſed terram
ipſam Nili inundatione quotãnis poſt æſtiuale ſolſtitium
fœcundari: à pleriſq; inter inſulas relata eſt, ita ſe Nilo
ſcĩdẽte, ut triquetrã terræ deliniet figurã: quo cõtingit,
ut à Græcæ literæ ſimilitudine, ſit à multis Delta cogno
minata. Aegyptij omniũ primi duodecim deorũ noĩa cõ
mẽti ſunt, aras & ſimulachra delubraq; ſtatuiſſe credũ-
tur: aĩalia in ſaxis figuraſſe: quæ oĩa planè arguunt eos
ab Aethiopibus eſſe oriũdos, qui horũ omniũ fuerũt au
tores, ut tradit Diodorus ſiculus. Eorũ fœminæ olim ne
gotiari, cauponari, inſtitoriaq; obire munera conſueue-
runt. Viri intra murorũ parietes texere, hi onera capi-
tibus geſtare, mulieres humeris: illæ ſtantes micturire, hi
ſedentes: domi uulgo uentrem exonerare, in uijs comeſſa
ri. Mulierũ nulla neq; dei cuiuſquam, neq; deæ ſacerdo-
tiũ habuit. Initiãtur nõ ſigillatim cuiq; deorũ, ſed grega-
tim: quorum unus eſt põtifex: ubi is defunctus eſt, filius
eius ſubrogatur. Mares liberi, gentili inſtituto, parentes
haud inuiti alebãt: contrà cogebantur filiæ etiam nolen
tes. Pleriq; mortaliũ in funere deglabrant capita, barbã
promittunt. Aegyptij promittebant capillum & barbã
tondebant: panem pedibus, lutum manibus ſubigebant.
Horum fuit (ut Græci perſuaſum habuere) & qui ab
illis oriundi ſunt uirilia circuncidere. A dextera in ſini-
ſtram literas digerunt. Horum mares binis ueſtibus uti

Aegyptij ab Aethiopibus oriundi.

Mulieres Aegyptiæ uirorũ obiere munera, viri mulierum.

Lugẽdi defunctos ritus admirandus.

Circũcidere uirilia a quibus inceptum.

noris fuit: fœminas ſingulis: bipartitus literarum uſus, profanus hic, ille ſacer, ſed uterq; ab Aethiopibus ſumptus. Sacerdotes tertio quoq; die corpora raſitare, ne qd ſordis, quũ ſacra faciũt, intercurreret. Linea ferre ueſtimẽta, ſemper recẽs abluta, faſsi munditiæ gratia ſe circunciſos eſſe, quia ſatius ſit mundos eſſe quam decoros. Veſtẽ ſacerdotes lineã tantũ geſtare, & calceos papyraceos. Fabam neq; ab eis ſeri, neq; alibi natam ueſci. Sacerdotibus etiã illa uidere prohibitũ, eo ꝙ immundũ hoc legumẽ ſit. Lauãtur quotidie frigida aqua, interdiu ter, nocte bis. Hoſtiarũ capita prius execrationibus diris dãnata nõ manducabant, ſed aut peregrinis negociatoribus uẽditabãt ſacerdotes: aut ſi, qui illa emerẽt, non affuiſſent, in Nilum proijciebant. Boues mares eoſdemq; mundos, ac uitulos uniuerſi Aegyptij immolãt: fœminas immolare nõ licet, utpotè Iſidi cõſecratas. Cibo è farre, quod quidam ſiliginem uocant, confecto uictitant. Vino utũtur facto ex hordeo: deſunt enim in ea regione uites. Victitant quoq; tum piſcibus, partim crudis ad ſolem arefactis, partim ſalſugine conditis: tum auibus, ſed earum crudis prius tamen ſale cõditis, coturnicibus anatibusq; apud locupletes: Eorũ cum multi cõuenerũt, & à cœna diſceſſum eſt, circũfert aliquis in loculo mortuum è ligno factũ, aut pictura & opere maxime imitantẽ, lõgitudine cubitali omnino, aut bicubitali: oſtendensq; ſingulis conuiuarum ait: in hunc intuens pota & oblectare, talis poſt mortem futurus. Minores maioribus natu obuij in uia cedunt atq; deflectunt: aduenientibusq; è ſedili aſſurgunt: qua in re cum Lacedæmonijs cõueniunt, occurrentes mutuò ſe in uijs adorant manu genu tenus

Sacerdotum Aegyptiorum mundicies.

Faba immũdũ legumẽ nõ feritur neq; comeditur ab ægyptijs.

Vinum ex hordeo.

Mutua adoratio in uijs.

demiſſa. Veſtibus, ut dixi, lineis amiciuntur, circa crura fimbratis, quas Caſiliras appellant: ſuper quas candida ferunt amicula alia tanquam ſuperiecta. Laneæ ueſtes neq; in ædes ſacras geſtãtur, neq; unà cũ cadauere ſepeliũtur. Nũc quoniã omnes, qui olim doctrina aliqua excelluere, quiq; alijs gẽtibus leges & uitæ inſtituta præſcripſerũt: ad Aegyptios prius, ut mores illorũ, leges & ſapientiã (quibus tũ oẽs terræ nationes facile antecibãt) pciperẽt trãſiere: ut Orpheus, Poëtaq; Homerus, Muſeus, Melãpodes, Dædalus, Lycurgus, Spartanus: deinceps Solõ Atheniẽſis, Plato philoſophus, ac Samius Pythagoras, & huius diſcipulus Salmoxis, Eudoxus quoq; mathematicus, Democritus abderites, & Inopides Chius, Moſes Hebræus, atq; alij multi, ut in ſacris eorum libris cõtineri Aegyptij ſacerdotes gloriãtur: Libet, conueniẽs etiã eſſe mihi uidetur, illorũ uiuẽdi ritibus diutius immorari, ut cognoſcatur, quid & quæ quiſq; illorũ ab his acceperit, atq; aliò tranſportari. Nam ut Philippus Beroaldus ſuper Apuleianum aſinum ſcribit, plæraq; etiã ex Aegyptiorum religione tranſlata in religionem noſtram ſunt, ut lineæ ueſtes, deraſa ſacerdotum capita, uertigines in altari, pompa ſacrificalis, muſicæ modulamina, adorationes, preces, aliaq; id genus cõplura. Aegyptij Reges (ut ſcribit Diodorus Siculus libro ſecundo) uitam nõ aliorũ regnantium more, quibus uoluntas pro lege eſt, traducebant licentia. Sed legum inſtituta in cogendis pecunijs quotidianoq; uictu ſequebantur. Eorum cultui obſequioq; nullus deputatus erat, neq; empticius, neq; domo genitus ſeruus, ſed nobilium ſacerdotum filij, tum ultra uiginti annos nati, tum doctrina præ cæte,

Lanearũ veſtiũ contemptus.

Chriſtiana noſtra religio plæraq; ab ægyptijs mutuata.

Regũ ægyptiorũ ſerues quales oportebat eſſe.

is eruditi, ut horum corporis miniſtrorum die noctúq; ſtantium conſpectu motus Rex, *nil turpe committeret. Raro enim potentes rerum mali euadũt, ubi deſunt ſuarum cupiditatum miniſtri.* Inſtitutæ *erant diei noctiſq; horæ quibus* Regi, *lege permiſſa, agere fas erat.* Mane *ſurgentem* Regem *primo epiſtolas omneis miſſas capere oportebat, ut cognitis his, quæ ſibi agenda eſſent reſpõſo dato ſingula in tempore exq; ordine recte agerẽtur.* His *actis quum in uirorum excellentium cœtu lauiſſet corpus, ueſtem præclaram indutus ſacra dijs faciebat.* Mos *erat ſacerdotum principi iuxta aram hoſtijs deductis, aſtante* Rege, *magna uoce audiẽte populo ualetudinem proſperam omniaq; bona precari,* Regi *iuſtitiam in ſubditos colenti: narrare inſuper particulatim* Regis *uirtutes, in deos pietatem, ac religionem, in homines humanitatem ſeruantis, tum illum continentem dicere, iuſtum, magniq; animi, ueracem, liberalem, omneiſq; frænãtem cupiditates, pœnas inſuper mitiores quàm poſtularent errantis crimina exigentem, reddentem uerò gratiam meritis ampliorẽ: plura his ſimilia orans, tandẽ his execrationem in malos exequebatur.* Tum Regem *culpa purgans, omne crimen in miniſtros, qui* Regi *iniqua ſuaderent conijciebat.* Quibus *actis ſacerdos & regem ad fœlicem dijſq; gratam uitam hortabatur, & ſimul ad bonos mores, agendumq;, non quæ ſuaderent mali, ſed quæ ad laudem & uirtutem maxime pertinerent.* Denum *quum* Rex *tauro dijs ſacra feciſſet,* Sacerdos *quædam ex ſacris libris clariſſimorum uirorum conſilia, actaq; proferebat: quibus rex monitus* Imperio *pie ac iuſte aliorum exemplo uteretur.* Non *autem*

Mos laudandi Reges ĩ tẽplis obſeruatus.

Criminum regis expurgatio.

pecunijs congregandis uacandi, iudicandiq́; legibus ſolū antiquis: ſed deambulãdi quoq; lauãdiq; & cum uxore cubãdi, omnisq́; degēdæ uitæ tēpus erat lege præſtitutū.

Cibo ſimplici Aegyptij ueſcebantur.

Cibo ueſcebantur ſimplici, ut quorū mēſæ nihil præter uitulum & anſerē inferretur: uini potandi certa ſtatuta erat mēſura, qua neq; farciri uentrē, neq; inebriari poſſent. Deniq; *ipſorum uita ea tenebatur modeſtia, ut non à legislatore, ſed à peritiſsimo medico ad conſeruandam ſanitatem compoſita uideretur:* Mirabile *uidetur* Aegypti *non ex uoluntate, ſed ex lege uitam priuatam agere: ſed multo eſt mirabilius illis, neq; iudicandi, neq; pecuniam congregandi, neq; puniendi quenquam per ſuperbiam aut iram, aut aliam iniuſtam ob cauſſam, licentiam permiſſam.* Sed *ueluti priuatos teneri legibus: neq; id ægrè ferebant, exiſtimantes parendo legibus ſe beatos fore.* Nam *ab his qui ſuis indulgerent cupiditatibus, multa cenſebant fieri, quibus dãna periculaq́; ſubirent:* Sciētes *enim ſæpius ſe peccare, tñ aut amore, aut odio, aut alio animi morbo uicti nihilominus aberrēt.* Qui *uerò ſapientia cõſilioq́; uitã inſtituūt, in paucis offendunt.* Hac *uſi erga ſubditos iuſtitia,* Reges *omnium beneuolentiã adeò aſſequuti ſūt, ut nõ ſolū ſacerdotibus, ſed ſingulis* Aegyptijs *maior* Regis *quàm uxorum filiorumq́; aut aliorum principum, ſalutis ineſſet cura.* Vita *uerò his moribus defunctum, omnes communi mœſtitia lugent, ueſtes lacerant, templis clauſis forum non frequentant, feſta ſolennia non agunt, dies ſeptuagintaduos luto deturpantes capita, ac ſindone ſubtus mammas cincti, unà uiri mulieresq́; ducenti fermè aut trecenti circumambulant bis in die nouantes luctum atq; ad numerum cum cantu,*

Salus regis oibus curæ.

Luctus in regum morte publicus.

uirtutes

uirtutes regis cōmemorantes. Cibis animantium coctisq; ac uino, omniq; menſæ apparatu abſtinent. Non *lauacris, non unguentis, non ſtratis lectis, non uenereis utuntur: ſed tanquàm defuncto filio per eos dies mœrentes lugent.* Hoc *tēpore, quæ ad pompam funeris ſpectāt præparatis, poſtremo die corpus in arca conditum ante ſepulchri aditum ponunt.* Ibi *breuiarium in uita ab rege geſtorum de more recitant, uolentiq; facultas datur defunctum accuſandi.* A*ſtāt ſacerdotes, mortui rectè facta laudantes: populus is permagnus eſt, qui exequias circumſtat applaudens ueris laudibus, in reliquis magno reclamans tumultu.* Q*uo accidit ut plures reges repugnante multitudine, ſolito caruerint ſepulchri honore ac magnificentia.* Is *timor coēgit* Aegypti *reges iuſtè uiuere, ueritos futuram poſt mortem plebis iram, atq; odium ſempiternum.* Antiquorum Regum *uiuendi mos hic maximè fuit.* Aegypto *omni in plures partes, quarum quælibet* Græco *uerbo* νομός *appellabatur, diuiſa: cuilibet prætor aderat, qui omnium haberet curam.* Aegypti *uectigalibus trifariàm partitis, priorem portionem percipit collegiū ſacerdotū magna apud incolas autoritate: tum propter deorū curam, tum propter doctrinam, qua plures erudiuntur.* Hanc *partem tum ad ſacrificiorū miniſteria, tum ad priuatæ uitæ commoda impertiunt: neque enim deorum cultum omittendum putant, neque publici conſilij utilitatisq; miniſtris æquum cenſent uitæ cōmoda deeſſe.* A*dſunt enim grauibus in rebus hi ſemper conſilio atq; opere regibus, tum aſtrorum peritia, tum uerò ſacrificijs futura prædicentes.* Ex *libris præterea ſacris priorum geſta referūt, quibus* Reges *in agendis noſcāt,*

[Margin: ægyptiorū regū funeratio.]

[Margin: Quid coegerit ægypti reges iuſte uiuere.]

[Margin: ægypti uetus adminiſtratio.]

quæ ſint profutura. Non *enim, quemadmodum apud Græcos, unus homo, aut unica mulier ſacris præeſt: ſed plures in cultu deorum honoreq́; uerſantur, qui eandem ſacrorum curam filijs tradunt.*Hi *omnes immunes ſunt, ſecundumq́; poſt* Reges *honoris dignitatisq́; locū tenēt.* Al*tera portio ad reges peruenit, quā & ad bella & ad uitæ cultum: tum ad liberalitatem erga ſtrennuos uiros pro meritis impendunt. Qua ex re fit, ut populares nullo grauentur tributo.* T*ertiam percipiunt milites: & qui belli ſunt inſtituti miniſterio, ut hoc ſtipendio accepto paratiorem habeāt animum ad bellorū pericula obeunda. Eſt inſuper eorum politia in tria hominū genera inſtituta.* Agr*icolarum, paſtorum, & opificum.* Agri*colæ parua quadam mercede à ſacerdotibus regeq́; aut militibus agros mercati: per omnem ætatem ab ipſa pueritia rei ruſticæ ſine intermiſſione uacant: quo fit, ut agricultura cæteris, tum ob doctrinam à parentibus perceptā, tum ob continuum uſum, præſtent.* Eodem *modo & paſtores cura atq́; arte regēdi pecoris à patribus accepta ſemper in eo gubernando ætatem agunt.* Ar*tes quoque apud* Aegyptios *admodū excultas uidemus, & ad ſummum perductas.* N*am ſoli* Aegyptij *opifices, omiſſa rerum publicarum cura, nullum niſi aut legibus permiſſum, aut à patre traditum opus exercent: ut neq́; eos docentis inuidia, neq́; ciuile odium, neq́; aliud quid ab inſtituto impediat exercitio. Iudicia uerò eorū non caſu fiebant, ſed ratione: exiſtimabant enim ritè facta plurimū uitæ mortalium prodeſſe.* N*am punire nocentes, auxiliū ferre oppreſſis, optimam ad prohibenda mala facinora uiam putant. Pœnam uerò delicti aut pecunia aut gratia*

Politia ægyptiorū in triplici hoīm genere conſiſtebat.

Agricolæ.

Paſtores.

Opifices.

Iudicia ægyptiorum nō caſu ſed ratione.

tolli, exiſtimabant confuſionem uitæ communis fore. Quam ob rem ex ciuitatibus clarioribus, ut Heliopoli, *Memphi, Thebis, uiros optimos eligebant, quos iudicijs præficerent: qui iudicum conſeſſus, neque* Athenarum *Areopagitis, nec Lacedæmoniorum ſenatui longo tempore poſtea inſtitutis cedere uidebantur. Poſtquàm hi conuenerant triginta numero, inter ſe eligebant optimũ uirum, quem iudicij principem conſtituebant, in locum cuius ciuitas alium iudicem ſubſtituebat: his omnibus uictus, ſed principi opulẽtior à Rege dabatur: is aurea catena ſignum uarijs ornatum lapidibus à collo ſuſpenſum, quod appellabant Veritatem, geſtabat. Cœptis iudicijs ac ſigno ueritatis à principe iudicum propoſito, omnibusq; legibus, quæ octo libris continebantur in medio eorum conſtitutis. Mos erat accuſatorem ſcribere ea, in quibus alium accuſabat, modumq; patratæ iniuriæ, aut damni facti, quanti eam extimaret ſcribere. Reo tempus dabatur reſcribendi ad ſingula: & aut ſe id non feciſſe, aut rectè feciſſe purgandi, aut iniuriam uel damnum minoris extimandi. Rurſus accuſatori reóq; inuicem reſpondendi locus erat. Ita his auditis litigatoribus, quum iudices de controuerſia quæſiuiſſent, princeps ſigno ueritatis in partem ueriorem uerſo, ſententiam ferebat: hic mos iudiciorum erat. Quoniam de legum inſtitutione mentio incidit, haud alienum ab inſtituto erit, antiquas* Aegyptiorum *leges etiam referre, quo cognoſcatur, quantum cæteris præſtent, & rerum ordine, & utilitate. Primùm periuri capite mulctabantur, tanquàm qui duplici tenerentur ſcelere: ut qui & pietatem in deos uiolarent, & fidem inter homines tollerent,*

Iudicũ electio.

Iudicibus ægyptiorũ victus a Rege dabatur.

Veritas iſigne iudicũ principis.

Periuriũ capitale fuit apud ægyptios.

maximum ſocietatis uinculum humanæ. Si quis *iter faciens aut hominem à latronibus cædi comperiret, aut quamlibet iniuriam perpeti, neq; ſubueniret auxilio (ſi poſſet) mortis erat reus: Si auxilium ferre nō poſſet, denuntiare latrones tenebatur, & iniuriam accuſatione proſequi: qui ea negligebat, plagis ad certum numerum plectebatur, triduoq; carebat cibo.* Falſò *quempiam accuſans, ſi poſtmodum ad iudicium delatus foret, pœnam calumniatoribus ſtatutam ſubibat.* Cogebātur Aegyptij *omnes ſcripta nomina ſua ad præſides, & ſimul, quo exercitio uiuerēt, deferre: qua in re ſi quis mentiretur, aut ſi iniuſto uiueret quæſtu, in mortis incidebat pœnam.* Si *quis ſponte aut liberum aut ſeruū occidiſſet, morte damnare leges iubebant: quæ nō fortunæ conditionē, ſed cōſilium facti pendentes, homines à ſceleribus deterrebāt, & ſimul uindicata ſerui morte reddebantur liberi ſecuriores.* Patribus *qui filios occiderent, nō erat pœna mortis indicta, ſed tribus diebus noctibusq; cōtinuis edictū ut circa defuncti corpus aſsiſterēt publica etiā cuſtodia aſtante:* Non *enim iuſtum putabāt, eum uita priuari, qui uitæ filijs autor fuiſſet: ſed potius cōtinuo dolore factiq; pœnitentia affligi, quò cæteri ab ſimili facto auerterentur.* Parricidis *exquiſitā impoſuerunt pœnā.* Nam *articulatim præacutis calamis cæſos iubebant uiuos ſupra ſpinarum aceruum comburi: maximum inter mortales iudicantes ſcelus, ei mortem per uim inferre, à quo uitā accepiſſet.* Mulierum *morti deſtinatarum ſi prægnātes eſſent, partus expectabatur: exiſtimantes penitus iniquum eſſe, eum, qui nihil commiſiſſet, unà cum facinoroſo pœnam pati: aut duos plecti, quū unus deliquiſſet.* In *bellis*

Homicidium morte ?hibitū.

Lex alia in parentes qui liberos occiderēt.

Lex in parricidas atrociſſima

qui aut ordinem reliquiſſent, aut non parērent ducibus, non plectebātur morte, ſed maxima omnium ignominia: qua poſtmodū uirtute & rectè factis deleta, ad priorē ſtatum redirent. Ea lex *& homines aſſuefaciebat, ut id dedecus peßimum malum, morteq; ipſa grauius cenſerent.* His *qui ſecreta hoſtibus reuelaſſent linguā lex iubebat abſcindi.* Et *qui monetam circuncideret, aut adulterinam cuderet, aut pondus uel ſigna immutaret, aut literis inſcriberet, aut de ſcripto demeret, aut falſas ſyngraphas afferret: ambæ amputabātur manus, ut quæ corporis pars peccaſſet, per uniuerſam uitā lueret pœnam. Cæteri quoq; aliorū calamitate moniti: ab ſimili ſcelere abſtinerent.* A*ſperæ etiam pœnæ circa mulierū delicta ſtatutæ erant.* N*am ei, qui mulierem liberā uiolaſſet, uirilia execabantur: quoniam uno crimine tria haud parua ſcelera complexus eſſet: iniuriam, corruptelam, & liberorum confuſionem. In adulterio ſpontaneo deprehenſus uirgis cædebatur ad mille plagas, mulier naſo mutilabatur.* Q*uo dedecore uultus maculatus ea mulctaretur parte, qua maximè facies exornatur.* Le*gum quæ ad hominum commercia pertinent* Bocc*horidem latorē fuiſſe ſcribunt.* H*æ mandant, creditis abſq; ſcriptura mutuò pecunijs, ſi negarentur, ſtari debitoris iuramēto: ut quæ iuſiurandum ueluti religioſam rem magni extimarent,* N*am quum certum ſit ijs, qui ſæpius iurant, abrogari fidem, plurimi ducunt, ne boni uiri nomen amittatur, rarò ad iuramentum deſcendere.* L*egis inſuper lator omnem fidem in uirtute conſtituens, bonis moribus iudicauit aſſuefieri homines ad probitatem, ne indigni fide uiderentur, debere.* I*niquum etiam putauit eis, quibus abſq; iu-*

Lex caſtrenſis ignominioſa.

Lex in monetarū falſarios.

Lex i mœchos

Lex in adulteros & adulteras.

Bocchorides legislator.

Ad iuramentū raro deſcendendum.

ramento credita pecunia eſſet, de re ſua iurantibus non

Lex fœneratoribus data,

præſtari fidem. Fœnus *quod ex ſcripto contrahebatur, prohibuit ultra contracti mutui duplum exigi: ſolutio ex bonis debitoris ſolùm ſiebat.* Corpus *non poterat addici creditori: putabat enim oportere bona tantùm ſubdita eſſe debitis.* Corpora, *quorum opera & bello & pace uterentur, ciuitatibus addicta eſſe.* Non *enim æquum uidebatur, milites, qui pro patriæ ſalute pericula ſubirent, pro uſuris in carcerem duci: quam etiam legem Solon uidetur ad* Athenienſes *tranſtuliſſe: quam Siſateam appellauit: decernẽs ne, ob uſuras, ciuium corpora necterentur.* Lex *priuatim prætereà de furibus apud ſolos*

Lex de furto admiranda.

Aegyptios *hæc erat.* Iubebat *eos qui furari uolebant, nomen ſuum apud principem ſacerdotũ ſcribere, atq; e ueſtigio furtum ad eum deferre, ſimiliter quibus res furto erepta erat, ad eundem rei ſublatæ tempus diẽ & horam ſcribere tenebantur.* Hoc *modo facilè inuento furto, qui rem amiſiſſet, quarta mulctabatur parte, quæ daretur furi, ſatius legiſlator eſſe duxit, quũ impoßibile eſſet, ꝓhiberi furta, alicuius portionis, quàm totius rei amiſſæ homines iacturam pati.* Nuptiarum *non idem apud* Aegy-

Matrimonia.

ptios mos eſt. Sacerdotibus *unam tãtùm uxorem ducere licet.* Reliqui *pro uolũtate et facultatibus plures habẽt.* Nullus *ex eis nec ex ſerua quidẽ empta genitus ſpurius habetur.* Solum *enim patrem exiſtimant generis auctorem, matrem & nutrimentũ & locum infanti præbere.*

Puerorum educatio & impẽſa modica.

Natos *adeò parua educant faciliq; impenſa, ut uix credi poßit.* Nam *tum ſcirporũ, tum alijs radicibus, quas ſub cineribus coquunt, tum caulibus paluſtribus, quas partim coctas, partim aſſas igni, partim crudas ꝓ cibo præ*

bent, liberos nutriunt: diſcalciati nudiq́; maiori ex parte ob patriæ temperiem uitam ducunt. Omnis ſumptus in pueros, quouſq; ad ætatem perueniant, à parentibus impenſus non excedit drachmas uiginti. Erudiunt ſacerdotes filios & literis, quæ appellantur ſacræ, & alijs quæ ad communem ſpectant doctrinam, ut plurimum Geometriæ, Arithmeticæq́; ſtudio intēti. Paleſtræ aut Muſicæ non uacant, exiſtimantes quotidianum illius exercitium iunioribus infirmum eſſe, & periculoſum. Ex eóq; breuiores uires effici. Muſicam non ſolum inutilem, ſed nocuam ducunt, tanquàm uirorum animos effœminantem. Morbos uel ieiunio curāt, uel uomitu, idq́; aut quotidie, aut tribus diebus aut quatuor interiectis: aſſerunt enim ex ciborū ſuperfluitate omneis creari morbos: eam ergo ad ualetudinem curam eſſe optimā, quæ morborum principia auferat. In militiam aut peregrinationem profecti, nulla impenſa mercede curantur. Medici enim ex publico uictum ſumunt, ægros ſecundum legem curant ab antiquis medicis comprobatisq́; ſcriptoribus traditam. Si quis normam ſacri libri ſequutus infirmū curare nequiuerit omni caret crimine: ſi præter ea, quàm quæ libris continētur, illū curauerit, morte punitur. Credidit enim legislator ea medendi cura, quæ plurimo tēpore ab antiquis medicis obſeruata profectaq́; ſit, haud facilè meliorem reperiri poſſe. Colūt Aegyptij animātia quædam præter modū non ſolū uiua, ſed etiā mortua: ſicut Felē, Icneumonas, Canes, Accipitres, Ibides, Lupos, Crocodilos, & eiuſmodi plura. Non ſolū horū cultū palàm profiteri non erubeſcunt, ſed tanquàm in honoribus deorū effuſi, id laudi ſibi et decori ducūt. Quumq́; ſignis illorū

Muſica damnatur ab ægyptijs.

Morbos ægyptij vomitu curant aut ieiunio.

Medici ægyptiorum.

Variorum animalium cultura portentoſa.

propriјs urbes, & uaria loca circumeant procul oſtentantes, quæ ſeruent animalia, ea more ſupplicum ſinguli uenerantur. Quum aliquod eorum moritur ſindone cõtectum cum ululatu pectus percutientes ſale liniunt: ac Cedri liquore unguentisq; odoriferis, quo diutius ſeruetur corpus unctum in ſacris locis ſepeliunt. Si quis aliquod horum animalium ſponte occiderit, morte damnatur, Aeluro & Ibide exceptis, quos ſi quis ſponte uel ſecus occiderit, interficitur accurrente turba, & abſq; iudicio hominem uariјs ſupplicijs adfectum interficiunt. Quo timore, qui hos mortuos conſpexit, procul aſtans, lamentatur, teſtificans animal abſq; ſua culpa mortuum eſſe. Nutriuntur hæc animalia ſumma cura atq; impenſa in templorum ambitu à uiris haud quaquàm contemnendis. quæ ſimilagine & alica uariјsq; epulis lacte cõditis cibant. anſeres tum elixos tum aſſatos apponunt quotidie. His, quæ cruda edunt, aues captas præbẽt, deniq; ea omnia magna ſuſtentant cura atq; ſumptu. Eorum mortem æquè ac filiorum lugent ſepeliuntq; ſumptuoſius, quàm eorũ facultas ferat, ita, ut Ptolemæo Lago Aegyptum tenente, quum bos in Memphi ex ſenecta mortuus eſſet, qui illius nutriendi curam ceperat, pecuniam, quæ in eius ſumptu data erat, permagnam, ac inſuper quinquaginta talẽta argenti mutuò à Ptolemæo ſumpta, in eius ſepulturã impẽdit. Videbũtur forſitã hæc, quæ diximus, miranda, ſed nequaquàm minus admirabitur quis, ſi quid apud quoſq; Aegyptios fit, cõſyderet ĩ funere mortuorum. Nam ubi aliquis defunctus eſt, propinqui omnes amici, qui deturpato luto capite lugentes, ciuitatem, quo ad mortuus ſepeliatur, circumeunt, interim neq; lauan-

Ibidẽ vel felem apud ęgyptios interficiens interficitur.

Animalia in tẽplis ſplendide nutriuntur.

Apis bos mortuus maximo ſũptu ſepultus

Mortuorũ funeratio apud ægyptios admiranda.

tur, neq; uinum capiunt, aut cibum niſi uilem, neq; ueſtibus utuntur ſplendidis. Sepulchrorum tres habent ſpecies, ſumptuoſas, mediocres, & humiles. In prima argenti talentum exponũt. In ſecunda minas uiginti. In ultima parum quid ſumptus irrogatur. Qui funera mortuorum curãt, eo exercitio à maioribus tradito funeris impẽſam domeſticis deſcriptã ferũt, ſcrutãtes quãti uelĩt celebrari funus: conuentione facta, corpus eis traditur, ut iuxta impenſam curetur funus. Primus grammaticus (ita enim appellatur) poſito humi corpore, circa ilia deſcribit, quantum à ſiniſtra parte incidatur: deinde qui dicitur ſciſſor habens lapidem Aethiopicũ, quantũ lex ſinit, latus aperit, ſubitoq; curſu à proſequentibus, qui aſtant, lapideſq; cum execratione in eum iacientibus fugit. Exiſtimãt enim odiũ inhærere, quicũq; amici corpus uulnere illato uiolarit. Curatores uerò corporis, hos ſalitores appellãt, honore digni exiſtimationeq; habẽtur. Vtũtur enim ſacerdotibus templaq; pariter ingrediuntur. His penes cadauer aſtantibus, unus per ſciſſuram corporis interiora, præter renes & cor, ducit. Quæ ſingula alter uino phœniceo ex rebus odoriferis lauat. deinde corpus totũ primũ ex cedro, tum alijs precioſis unguentis ungũt dies amplius triginta. Myrrha deinde ac cinnamomo, cæteriſq; rebus liniunt, quæ nõ ſolùm id ſeruare diutinè, ſed odoriferũ reddere queant. Curatũ cadauer cognatis tradunt defuncti. Ita ſingulis eius partibus etiam ſuperciliorum palpebrarumq; pilis integrè ſeruatis, ut omnis corporis ſpecies dormientis more integra perduret. Antequàm ſepeliatur corpus prædicitur à cognatis tũ iudicibus, tum defuncti amicis ſepulturæ dies, aſſe-

rentes illum mortuum paludem tranſiturum. Aſtãtibus iudicibus amplius quadraginta numero, ſedentibusq; in præparato ultra ſtagnum Hemicyclo, trahitur nauis ad id compoſita ab his, quibus ea cura iniuncta eſt, tum antequàm corpus in arcam condatur, permittitur lege uolenti accuſare mortuum. Si quis probatur male uixiſſe, Iudices ſententiã ferunt, qua cenſent corpus eius ſepulchro priuandum. Qui deprehenditur iniuſtè crimẽ obieciſſe, magna mulctatur pœna. Quum deeſt accuſator, aut per calumniam accuſatum conſtat, cognati, finito luctu, ad laudes mortui uertuntur, nil de genere eius, ſicut Græci conſueuerũt, narrãtes. Exiſtimant enim ſe omnes Aegyptij pariter nobiles eſſe, ſed ordientes à pueritia, in qua uitæ inſtitutionẽ, eruditionemq; recenſent, ad uiri ætatem deſcendunt, eius erga deos religionem, iuſtitiam, continentiam, uirtutesq; cæteras cõmemorantes: inuocatis uerò inferis dijs, precantur, ut eũ inter pios locẽt: ad quæ uerba omnis multitudo correſpõdet, gloriã mortui extollens, tanquàm apud inferos cum beatis ſemper futuri. Sepeliunt poſteà quiq; ſuos, hi in proprijs ſepulchris, hi quibus ea deſunt domi apud firmiorem parietem arca corporis erecta. Qui uerò crimine aliquo aut fœnore ſepultura prohibentur, domi abſq; arca ponuntur. Quos poſteri ditiores facti, ac debita crimina ſoluẽtes honorificè ſepeliunt. Mos eſt apud eos, defunctorum parentum corpora dare in pignus creditori. Summa, illos qui non redimunt, ſequitur infamia, & ſepultura carent. Mirabitur quis meritò eos, qui hæc inſtituerunt, non ſolùm quæ ad uiuentium mores ſpectarent proſequutos, ſed etiam quæ ad mortuorum ſepulchra cultũq;

Defunctorum uita apud ægyptios iudicio diſcutitur.

Defunctorum parentum corpora creditoribus oppignerantur.

pertinerent. Adeò hoc pacto ad bonos mores quantum fieri poſſet cōponi uitam hominum exiſtimabant. Græci ſanè, qui fictis fabulis, ac poëtarum dictis fidem excedētibus de piorum meritis malorumq; pœna tradiderunt, nequaquam potuerunt ſuæ ſcriptis traducere homines ad uirtutem. Quin econtra potius deriſi contemptiq; ſunt ab improbis. Apud Aegyptios uerò non fabulis, ſed uiſu, impijs pœna, iuſtis laus impartita. Singulis diebus utroſq; eorum, quæ uitæ utilia exiſtant admonēt: quum uideant cuiq; pro his, quæ egit debiti præmij memoriam impendi. Qua ex cauſſa ad meliorem ſinguli uertuntur uiuendi normā. Eas enim optimas eſſe leges putandū eſt, quibus nō diuites, ſed honeſti prudenteſq; homines fiāt. et hæc de Aegyptijs: nūc de reliquis Aphricæ populis.

De pœnis & cæteris Aphricæ populis.

CAPVT. VI.

Poenorū multæ ſunt & uariæ nationes, Adrimachidæ Aegyptū uerſus ſiti eiſdē qbus Aegyptij moribus utūtur. Veſtē geſtant qualem & alij Pœni: uxores eorum in utroq; crure armillam æream habent: capitis comam nutriunt: pedunculos ſuos, quos quiſq; capit, præmordet, atq; ita abijcit: quod iſti tantū ex omnibus Pœnis factitant, Soliq; uirgines nupturas regi exhibent, quæ illi placida fuerit eam deuirginat. Naſamones grandis & dira natio, nauium ſyrtibus inuolutarum ſpoliatores: ſub æſtatē relictis ad mare pecoribus deſcendunt ad locum augilem decerpturi palmulas, quæ ibi permultæ & ſpecioſæ ſunt, & fructiferæ omnes.

Nupturę regi deuirginandæ exhibentur.

Naſamones nauiū expoliatores.

Ex quibus ibi palmulas immaturas decerpſerunt, ad ſolem ſiccantes maturefaciunt: deinde lacte maceratas ſorbillant. Vxores plures ſinguli è conſuetudine habent, & cum his in propatulo coëunt, eodē penè, quo & Maſſagetæ modo: niſi quòd hi prius Scipionem prætendant. Mos etiā Naſamonibus eſt, quum quis primū ducit uxorem, ut ſponſa ſingulos conuiuas adeat ueneris gratia: & ut quiſq; cum ea concubuit, donum det illi, quod ſecum habet domo adlatum. Iureiurādo ac diuinatiōe tali utuntur per eos uiros, qui iuſtiſsimi atq; optimi apud illos fuiſſe dicuntur: iurant illorum ſepulchra tangentes, diuinant ad ſuorū accedentes monumēta: & illi ubi preces peregerint indormiūt: ubi quodq; per quietem inſomnium uiderunt, eo utuntur. Fidei dandæ conſuetudo hæc eſt: de manu alterius uterq; ſumpto inuicē poculo bibit: quòd ſi nihil humoris habuerint, ſumptū è terra cinerē lingunt. Garamantes omnium hominum cōmercia aſpectumq; refugiunt: nihil bellicæ armaturæ habentes, nec defendere quidē ſeſe audētes, ſupra Naſamones incolūt. Circa maritima uerò occaſum uerſus his Macæ confines ſunt: qui ſummum capitis uerticem radunt im medio capillos creſcere ſinentes, hinc átq; hinc in orbem tondētes. In bellum ſubterraneorum ſtruthionum pelles pro argumento ferunt Gnidanes Macis contermini: quorum mulieres fimbrias pelliceas ferunt, ſingulæ multas: ob hoc (ut memoratur) quòd ut à quoq; uiro uenerem paſſa eſt, fimbriā orat: & ut quæq; plurimas habet, ita præclariſsima cenſetur, tanquàm à pluribus uiris adamata. Machlyes circa paludem Tritonidem habitantes occiput crinitum geſtant. Auſes uerò anteriorem capitis

Sponſa apud Naſamones a ſingulis conuiuis cognoſcit.

Fidei dandę cōſuetudo.

Garamātes hominū cōmercia fugiunt.

Fimbria Veneris precium.

partem. Horum uirgines anniuerſario Mineruæ feſto in honorem ipſius Deæ indignè inter ſe bifariā diuiſæ præliantur lapidibus fuſtibusq́;, dicentes ſe morem patrium ſeruare ei, quam Mineruam dicimus, & quæ uirgines ex uulneribus decedunt, eas falſas uirgines appellāt: ſed priuſquàm à pugnando deſiſtunt, hoc faciunt: quæ uirgo in pugnam optimā operam nauauit, eam ſemper cōmuni ſenſu cæteræ uirgines exornant: tum cætera armatura Græca, tum criſta Corinthia, & currui impoſitam circa paludem circūferunt. Iidem promiſcuè cum mulieribus non unà habitantes: ſed pecudum more concubunt: ubi apud mulierem puer robuſtus eſt factus, apud quem uirum habitare ſuſtinet (nam tertio quoq; menſe uiri conueniunt) eius filius cenſetur. Atlantes à monte Atlāte, iuxta quem habitant, appellati, ἀνώνυμοι ſunt, id eſt, nomen proprium ſinguli non habent, Solem trāſcendentem execrantur, eiq; propterea omnia conuicia ingerūt, quòd torridus & ipſos & regionem perdat: nullo animāte ueſcūtur, nec ſomnia ulla cernūt. Paſtoricij Aphri carne & lacte uictitant, nihil uaccinum guſtantes, quia nec Aegyptij ſuem guſtant, nec uaccam alunt, nec Cyrenæ fœminæ ferire eas ſibi fas putant, ob Iſidem, quæ in Aegypto eſt: cui & ieiunia, & dies feſtos agunt ſtudioſe. At mulieres Barceæ nō modo guſtu uaccinæ carnis, ſed etiā ſuillæ abſtinent, filij ipſorum ubi quadrimi effecti ſunt, uenas uerticis quidam etiam temporum illorum lana ſuccida inurunt, ob eam cauſſam, ne ullo unquàm tempore pituita officiat è capite defluens: eaq; de re, ſe aiunt eſſe optima ualetudine. Eo modo ſacrificant: ubi pro primitijs pecudis aurem præciderunt, eam ſupra

Virginum decertatio in Mineruæ feſto.

Sacrificandi ritus.

domum abijciunt, hoc acto, ceruicem eius auertunt. Solis omnium deorum immolãt ſoli & lunæ. Defunctos, ut Sepeliẽdi ritus *Græci, ſepeliunt omnes Aphri, præter Naſamones, qui illos ſedentes ſepeliunt, obſeruantes, ut dum quis cœpit agere animam, eum ſedentem conſtituant, ne ſupinus expiret. Domicilia eorũ ſunt uirgultis compacta ſuſpenſis circa lẽtiſcos: et ea quoquo uerſus uerſatilia. Maxies dexteram capitis partem comatam geſtant, ſiniſtram radunt, corpus minio tingunt, aſſerẽtes ſe à Troianis eſſe oriũdos. Zabicum Maxibus confinium fœminæ aurigantur currus in bellum. Zigantes (ubi magnam uim mellis apes conficiunt, ſed multo plus opifices uiri facere dicũtur) omnes minio inficiuntur, ac ſimijs ueſcuntur, quarum affatim gignitur ijs, qui in montibus degunt. Hi* Libycarum gẽtium uita. *omnes Libyci uita ſylueſtri ſub dio, ut plurimum habitant, uictu (ferarum more) contenti, nil domeſticum edunt; nullis ueſtibus, præter caprarum pellibus, tegunt corpora. Potentiores inter eos, nullas habent ciuitates, ſed turres aquis proximas, condentes in eis, quæ uſui ſuperſunt. Subditos populos ſingulis annis adiurant, ut principi pareant, obtemperantes, ut ſocios diligant: abnuentes imperium, ut latrones perſequãtur. Eorum arma ſunt &* Belligerãdi ritus. *regioni & moribus congrua. Nam quum ſint corporibus leues, patria uerò ut plurimum plana, neq; enſe, neq; gladijs, neq; armis utuntur in bello. Treis tantùm ferunt haſtas, lapidesq; in uaſis ex corio factis delectos, cum his certãtes, tum in cõgreſſu, tum etiã receſſu: primo ferire hoſtem conãtur ad curſum, lapides rectè iaciendos longo uſu edocti. Erga externos nullum* Troglodytæ. *ius, nullamq; ſeruant fidem. Troglodytæ (qui & à Græ-*

cis, quòd ex pecoribus uiuant, paſtores appellantur) Aethiopiæ populi cœtus ac tyrãnos inter ſe cõſtituunt. Vxores ac filios habent communes, excepto (qui unicam tenet) tyranno. Huic appropinquanti mulctam tyrannus irrogat certo pecudum numero. Etheſiarum tempore, quo maximi decidunt imbres, ſanguine & lacte immixtis paulũq; coctis nutriũtur. Aeſtu ſolis deficiẽtibus paſcuis ad loca declinant paluſtria, pro quibus ſolis inuicem certant. Pecora uetuſta aut in morbos cadentia occidunt, exq; his per omne uiuunt tempus. Parentũ nomina minime indiderunt filijs, ſed tauri, arietis, ouis. Et hos quidem patres, hos matres: quoniam ab his, non à parentibus quotidianus præbeatur cibus, appellant. Vtuntur potu Idiotæ Paliuri arboris ſucco: potentiores ex quodam flore expreſſo, qui eſt deterrimo noſtro muſto perſimilis. Armentorum greges ſecum ducentes, uarias, ne iiſdem in locis morentur diutius, regiones mutant. Corpora, præter uirilia, quæ pellibus teguntur, nudi. Pudenda Troglodytæ omnes uelut Aegyptij circũcidũt, his demptis, quos à caſu claudos appellant. Hi ſoli intra regionem heſternorum habitantes ab infantia non nouacula inciduntur. Arma ferunt Troglodytæ ij, quos dicũt Megaueres: ſcutum ex corio crudo bouis, rotundũ, & ferratam clauam: alij arcus lanceaſq;. Sepulchra nihili penitus curant: nam paliuri uiminibus corpus ligantes defuncti ceruicem cruribus applicant, deinde cadauer in loco editiori poſitum lapidibus ridentes obruunt, impoſitoq; ſupra ſaxorum aceruum capræ cornu abeũt nullo dolore moti. Bellãtur inuicẽ non ut Græci, ob irã, aut ambitionem, ſed pabuli gratia: In eorum concerta-

qui etiã paſtores dicuntur.

Etheſiarum, id eſt ventorũ qui xl. dies poſt caniculæ exortũ perflant.

tionibus primùm iactis lapidibus, quoad aliqui uulnerantur concertant: tum arcu quo admodum exercitati

Certamina fœminę dirimũt.

ſunt pugnantes mutuis uulneribus cadunt. Ea certamina dirimunt, quæ ætate præcedũt fœminæ: quibus nullo periculo in medium prodeuntibus (nefas eſt enim has ullo pacto lædere) extemplo à certamine ceſſant. Inualidi ob ſenium armenta ſequi, gutture bouis cauda adſtricto uitam finiunt. Qui mortem differt, licet uolentem eodẽ modo (admonitum tamen anteà) uita priuare: Ibiq; habetur beneficij loco. Febricitantes item, aut morbo incurabili correptos, ſimili adficiũt morte. Maximum arbitrantur malorum, ab eo uitam diligi, qui nequeat aliquid agere dignum uita. Herodotus ſcribit: Troglodytas ſpecus in quibus habitent excauare, nullo habẽdi diuitias deſyderio teneri: quum paupertati ſe uoluntariè addicarint: tãtum lapide uno gloriari, quem Exaconthalitum nominamus: Serpentum carnibus ueſci, Sermonis ad hæc ignaros eſſe, & ꝓpter hoc ſtridere magis quàm loqui. Alia in Aethiopia, quæ ſupra Aegyptum eſt, habitat gens,

ῥιζοφάγοι radicibus victitantes.

Rizophagi uocantur, radices arundinum, quas ex propinquis locis effodiunt, magna cura lauantes barbari lapidibus terunt, quoad molles factæ cohæreãt: deinde placentas ad modum lateris, quantum manus capit, factas, atq; ad ſolem decoctas mandunt. Quem ſolum cibum, ipſi per omnem uitam ſuauem atq; affatim habent, eò quòd pacem continuam ſeruent. Bellantur tamen cum

Rizophagi leonibus prędę ſunt.

leonibus, qui è deſerto umbræ cauſſa, & ut minores uenentur feras egreſſi, Aethiopum multos ex paludibus exeuntes dilaniant. Et iamdudum ea deleta eſſet à leonibus natio, niſi natura eis ſponte præſidiũ tuliſſet. Nam

ſub

ſub ortum Canis mirabilis atq; innumera nullo agitante uẽto culicũ multitudo ad ea loca aduolat. Hoĩes ad palu des fugiẽtes minime lædunt: leones abire ex his regioni bus cõpellunt, tũ morſu tũ uocis ſono territos. His ꝓpin qui ſunt Ilophagi Spermatophagiq;: quorũ hi quidẽ fru ctus, qui æſtate ex arboribus decidunt colligentes abſq; labore edunt: reliquo tpe herbã in umbroſis naſcẽtẽ lo cis decerpunt, quæ uitæ ſubuenit in egeſtate. Ilophagi ue rò cũ filijs uxoribusq; ad loca cãpeſtria accedẽtes arbo res aſcẽdunt, ac teneras ramorũ ſummitates auferunt: tã tam ex cõtinuo uſu ramos aſcẽdẽdi pitiã habẽtes, ut (qđ incredibile uidetur) de arbore in arborẽ uelut aues ꝓſi liant, aſcẽdãtq; tenues abſq; piculo ramos, macilẽtia leui tateq; corporis nixi: ꝙ ſi qñ pedes labãtur, manibus ra mis cõprehẽſis ſeſe à caſu peropportunè uindicant: ꝙ ſi fortè deciderint nulla in re ꝓpter corporis leuitatẽ læ duntur: ita ramis tenerioribus dẽte exeſis uẽtrẽ farciunt. Hi ſemper incedunt nudo corpore cõmunesq; uxores ac liberos habẽt: pugnãt inuicẽ pro locis armati baculis ad uerſus alios ac dominãtur uictis: moriuntur ut plurimum fame, quum deficiẽte uiſu corpus priuetur eo ſenſu, quo cibũ quærebat. Reliquã circa regionẽ Aethiopes tenẽt, qui Cyneci dicuntur, numero haud multi, uita ab reliquis diuerſa. Syluestrẽ enim incolẽtes patriã, & penitus aſpe rã rariſq; aquarũ fontibus, ſup arbores ferarum timore dormiunt. Sub aurorã ad aquarũ decurſus armati ꝓdeun tes ſe abſcõdunt ĩter arborũ frondes. Sub æſtu uerò ſolis agreſtes boues pardaleſq; ac uaria ferarum gña, cũ calo ris tum ſitis ĩpatiẽtia ad aquas potus cauſa cõfluunt. Re pletas grauesq; aq̃ beſtias Aethiopes ex arboribus de

Homines de arbore in arborẽ ut aues proſiliẽtes.

Cyneci ferarũ timore ſup arbores habitãt.

ſcēdētes adoriuntur, ac lignis aduſtis, ſaxiſq; & ſagittis occiſas, perq; cœtus diuiſas edunt. Aliqñ uerò quamuis perrarò & ipſi à ualētiori beſtia interficiuntur: ſed multas ipſi dolo & arte ualētiores beluas capiunt. Si qñ deſint aīalia, ātea captorū pelles madefactas remotis pilis ad ignē lenē ponūt, diſpartitaſq; ſingulis auidè ad ſatietatē ſumūt. Impuberes pueros exercēt ad certū ſignū iacere, ſolis cibū præbētes his, q ſignū tetigēre: ideo iaculatores optimi euadūt urgēte fame. Acridophagi deſerto cōtermini hoīes ſunt paulo cæteris breuiores macilēti ac ſupra modū nigri. Veris tpe Zephyrus ac Licycus uēti infinitū penè locuſtarū ex deſerto ad eos deferunt numerū. Hæ permagnæ ſunt, ſed colore alarum turpi ac ſqualido, Aethiopes ad id aſſueti ī quādā latā longāq; multis ſtadijs cōuallē plurimum materiei ex ꝓpinqs locis ingerūt: quū ſuo tpe tanquàm locuſtarū nubes à uētis ſupra uallē defertur, materiē cōgeſtā, oēmq; loci herbā antea ſucciſam incēdūt. Locuſtæ deſup uolātes ingēti fumo enectæ paulū ultra uallē ad terrā tāta decidūt copia, ut uictū omni gēti abūdè ꝑbeāt. Has enim Sale (quē regio plurimū fert) ſuperinfuſo diutius ſeruāt, cibū guſtu eis ſuauē: hic eſt ſolus eorū per omne tēpus locuſtarum uictus. Neq; enim pecora nutriūt, neq; piſces edūt, procul à mari poſiti: neq; ullū aliud uitæ adminiculū habēt. Corpore leues ſunt, ueloces curſu, & uitæ breuis: ut qui lon giſsime uiuūt, quadrageſimū nō excedūt annū. Finis eorum nō ſolū miſerabilis eſt, ſed & incredibilis. Nā ꝓpinquante ſenecta, pediculi alati: nō ſolū uiſu uarij, ſed ſpecie horridi, ac turpes, in corporibus nati uentrē primo, tū pectus, deīde totū corpus paruo tēpore exedūt. Qui

ἀκριδοφάγοι locuſtis uictantes.

morbum patitur primum ueluti ſcabiei cuiuſdam pruritu allectus, corpus ſcalpit, uoluptate ſimul & dolore perceptis: deinde exoriētibus pediculis ſimul effluēte ſanie, morbi acerbitate ac dolore percitus, unguibus corpus magno cū gemitu lacerat. Tanta uerò uermiū copia effluit: alijs ſuper alios tāquàm ex perforato uaſe, ſcaturiētibus, ut deleri nequeāt: hoc pacto ſiue cibi, ſiue aëris cauſſa miſerū ſortiūtur uitæ finē. Phthiriaſi acridophagi moriūtur.

Extremas ad meridiē Aphricæ partes uiri habitāt à Græcis Cynnamimi à uicinis Barbaris ſylueſtres appellati. Barbas habēt admodū magnas, greges ſylueſtriū canū nutriētes præſidia uitæ. Nam ab æſtiuo tropico, uſq; ad mediū hyemis Indici boues innumera multitudine eorū patriā ingrediūtur: cauſſa incerta eſt: utrúmne alias inſectātes ſe feras fugiāt: an paſtus penuria, an alio naturæ (quæ omnia miranda gignit) impulſu hominibus ignoto acti. His homines, quum obſiſtere nequeāt, ſuis freti uiribus, ſe canibus tuentur: quibus in uenatione uſi boues permultos capiunt. Et hos quidē recētes edūt, hos ſaliūt ad futurū uſum. Multa inſuper & alia animātia à canibus capta comedūt. Cynnamimi ſiue Sylueſtres, canū greges nutriunt.

Poſtremi, q ad meridiē habitāt, in hoīs forma ferarū uitā ducūt Ichthyophagi, ſub Troglodyticā oram in Arabico ſinu Barbaræ gentes. Nudi per omnem uitam degūt, uxores filiosq; cōmunes habent, beſtijs ſimiles: ut qui neq; uoluptatis, neq; doloris ullū, niſi naturalē ſenſum percipiant, neq; turpis neq; honeſti diſcrimē norint. Habitacula habent non lōge à mari iuxta promōtoria, ubi nō ſolū profundæ cauernæ, ſed cōualles immēſæ & anguſtæ ſpeluncæ exiſtūt, egreſſu ipſa natura difficili ac tortuoſo. Harū tanquàm ad eorū uſum natura factarū aditus incolæ ἰχθυοφάγοι ex piſcibus uiuunt.

magnorũ cõgerie lapidũ obſepiũt:qua ueluti retibus capiantur piſces. Maris enim fluxu, qđ his, diebus ſingulis circa tertiã ac nonã horã accidit, oras littori ꝓpinquas inundãte:aqua in immenſum excreſcẽs opertis locis omnibus innumerã copiã diuerſorũ piſciũ ſecũ in cõtinẽtẽ defert:q̃ quũ in diuerſa loca cibi gratia diuertãt, refluẽte mari ꝑ lapides piſces in ſicco deſtituũtur, Quos incolæ cũ uxoribus pueriſq; cõcurrẽtes capiũt, captos ſupra petras ad meridiẽ ſitas, nimioq; ſolis æſtu incẽſas ponũt pauloq; poſt reuoluũt:ã q̃bus ſic ad ſolẽ decoctis, carnẽ oẽm excuciũt, & cõcauo ſaxo iniectã pinſunt, admixto paliuri ſemine, cibũ ſibi cõficiũt ſuauiſſimũ. Nam ſic immixtas carnes in modũ lõgioris lateris formãt, ad ſolẽq; paulo deſiccatas, ſedẽtes, cũ uoluptate edũt:nõ quidẽ ad certã menſurã, aut põdus, ſed ad ſatietatẽ:habẽt hũc cibum ſemper uelut è penu prõptum, Neptuno ꝓ Cerere eum largè ſubminiſtrãte. Quãdo uerò maris tempeſtate adeò littori uicina loca multis diebus innũdãtur, ut nulla detur piſcãdi facultas(quo tp̃e cibi penuria laborãt) Cõchas legũt ꝑmagnas, quarũ teſta ſaxis attrita interiori carne cruda, ſapore Oſtreis perſimili ueſcũtur. Vbi uerò tẽpeſtas uentorũ ui diutius perſeuerat, conchæq; deficiunt:ad oſſa ſiue ſpinas ex piſcibus excuſſas, & in hũc uſum coaceruatas cõfugiũt:teneriores recentioreſq; ex his dẽtibus mãdunt, duriores edũt ſaxo cõtritas, nil brutis aĩalibus diſſimiles. Epulãtur autẽ palàm cum lęticia, ut dixi, cantuq; abſono omnibus inuicẽ cõgratulantibus: deinde mulieres, ut in quãq; q̃s forte incidit, cognoſcunt prolis cauſa:omni cura ob ciborum, q̃ præſto ſint, copiã, uacui:his ſtudijs quatuor diebus intenti: q̃nto potus gra

tia ad fontes pgunt gregatim: omnibus ſimul uocẽ (uelut inconditũ ſonũ) tollentibus. Eſt profectio hæc haud diſsimilis ab armẽtis boum. Repleto aqua uẽtre, adeò, ut uix redire queũt. Ea die nihil edũt amplius: iacet quiſq; aqua plenus, diſtẽtusq; ſimilis ebrio. Poſtera die denuo ad capiẽdos piſces redeunt: ita eorũ uita per oẽ tps trãſacta ob ſimplicẽ uictũ raro in morbos incidũt: breuioris tamẽ quàm nos ſunt uitæ. Natura eorũ incorrupta famẽ ſedare maximũ ducit bonũ: nullã aduentitiã uoluptatẽ quærens. Hæc eorũ qui intra ſinũ habitãt uiuẽdi norma eſt. At illorũ qui extra ſinũ ſunt multo eſt mirabilior: ut qui nunquã bibãt & natura ab omni ſemoti ſint animi paſſiõe. Hi procul à terra habitabili tanquã in loca deſerta à fortuna eiecti piſcationi dant operã: humida nõ appetunt, piſces edũt ſemicrudos, nõ quo ſitim effugiãt, ſed feritate quadã, cõtenti uictu, quẽ à fortuna ſortiti ſunt. Felicitatẽ ſummam putãt his carere rebus, quæ dolorẽ poſſent egentibus afferre. Tantæ patiẽtiæ eſſe dicũtur, ut ſi quis educto enſe eos pcuſſerit, nõ diffugiãt, & uerbera & iniurias perferẽtes, ſolũ percutientẽ reſpiciãt, nullũ neq; iræ, neq; miſericordiæ ſignũ oſtẽdẽtes: Sermone carẽt, nutu, manibusq; ſignificãt, quibus indigeãt, & quæ uolũt. Hæ gentes unanimi conſenſu pacẽ curãt, nulli externo homini infeſtæ, qđ uitæ genus licet mirabile, à priſcis olim tẽporibus ea gens ſeruauit: ſiue ita lõgo tẽpore aſſueta, ſiue acta neceſſitate. Habitaculis nõ iiſdẽ, quibus Ichthiophagi utũtur, ſed diuerſis habitant modis: quidã in ſpeluncis diuerſoria habent, ad arctum poſitis, in quibus tũ umbra, tum ſpirãs aura eos ab æſtu ſolis tutatur. Nam quæ ad meridiẽ loca ſpectant, fornacibus ex nimio

Hoĩes ab omnĩ animi paſſione ſemoti.

Miræ patiẽtiæ homines.

æſtu ſimilia, acceſſum ad ea adimũt. Qui ſunt aduerſus arctum ex coſtis ceterum incuruis, quas mare plurimas effert, ex utroq; poſitis latere colligatisq;, quas maris alga operiũt, habitacula ſibi extruũt ad euitãdos æſtus: Natura ſibi artẽ ex neceſſitate ad ſe tuẽdã repericte. Et talis fertur eſſe Icthyophagorũ uita. Supereſt pauca de Amazonibus dicere, quas priſcis tẽporibus in Libya ferũt extitiſſe, Mulieres pugnaces & ualidas uiribus. Nõ eandem, quam noſtræ uitã duxiſſe. Nã mos fuit illis certo tempore bellicis ad ſeruandam uirginitatẽ rebus excitari. Tranſactis militiæ annis uiris coniungi prolis gratia. Has ſolas & principari, & publica obire munera: uiros noſtrarũ fœminarũ inſtar domeſticæ rei curam habere, tum obtemperantes fœminis, tum militiæ principatusq;, ac omnis Reipublicæ expertes: poſt partum nati infantes uiris dãtur, quos lacte nutriãt, alijsq; rebus put ætas poſcit. Maſculis mox natis, ut bellicæ rei inutiles ſint, dexterum brachium frangunt: aut eos interficiunt, uel procul ablegant: Fœmellis mamillas, ne creſcant, inurunt: aſſerẽtes impedimẽto eas ad bellandũ eſſe. Vnde à Græcis, eò quòd mãmis careant Amazones appellãtur. Heſperã inſulã inhabitaſſe illas aſſerũt: dictã ita, quòd ad occaſum ſita ſit. Eam uerò eſſe in Tritonidis palude, quæ proxima oceano, à flumine, quod in eã defluit, Tritonia appellatur: Aethiopiæ contermina & monti, qui Atlas dicitur, omnium in ea terra maximo. Hæc inſula permagna eſt, uarijsq; arborũ fructibus, ex quibus incolæ uiuũt, ferax, multos tum caprarum tum pecudum greges habet: quorum lacte & carnibus ueſcuntur; frumento penitus carent: illius uſui incolis ignoto.

Amazones bellicoſæ mulieres.

DE ASIA ET CELEBRIORIBVS EIVS GENTIBVS.

LIBER II.

CAPVT I.

ASIA ALTERA TRIpartitæ terræ pars, appellata ab Aſia oceani & Thethyos filia Iapeti uxore ac Promethæi matre: Siue, ut alij uolunt, ab Aſio Manæi Lydi filio: à meridie per orientem uſq; ad ſeptentrionem protenditur: terminos habet ab occidente Nilum & Tanaim cum Euxino ponto & parte mediterranæi maris: tribus alijs partibus tangitur oceano, qui ab oriente Eous, à meridie Indicus, à ſeptentrione Scythicus appellatur. Taurus mons mediam quodammodo continentem diuidit, ab oriente in occidentē excurrens, partē ad aquilonem relinquit, partē ad meridiē, alterā Græci interiorem uocant, alterā exteriorē. Mons hic multis in locis latitudinē habet ſtadiorū trium milliū: lōgitudinē quātam Aſia, ſtadiorum circiter quadraginta & quinq; millia à trāſmarina Rhodi ora uſq; ad Indiæ ac Scythiæ extrema orientē uerſus. Idem in nomina, ac partes multas diuiditur: quarū aliæ maiores, aliæ minores ambitus cōprehendunt. Tam latū autem & patens dicūt eſſe, quicquid terræ Aſiæ nomine cōtinetur, ut Aphrica & Europa reliquæ duæ partes nō magis cōplectantur, quàm hæc ſola.

Aſiæ denominatio.

Aſiæ quatuor tera.

Tauri montis menſio.

Cœlo tēperato eſt, ſolo fertili, & propterea omniū animantiū genere cultiſſima. Prouincias ſiue regiones multas habet: ubi Aphricā aſpicit Arabia eſt: regio īter Iudæā et Aegyptū triplex, ut Plinius refert, una Petrea, à ſeptētrione et occaſu Syriæ inſerta, cui à frōte deſerta prætēditur Arabia, à meridie altera, quæ felix nōiatur. Quidam etiam Panchaiā & Sabeā adiungūt. Arabia dicta ab Arabo Apollinis ex Babylone filio. Arabes lōgè lateq; diffuſi diuerſis moribus uiuunt, & cultibus plurimis, crinibus intōſis mitrata capita habēt redimitu pari, pars raſa in cutē barba. Artes haud ab uno in aliū trāſferūtur, ſicut apud nos, ſed in patrijs quiſq; permanet inſtitutis. Qui maximus eſt natu, is ī totā gentē regnū obtinet. Quæ poſſidentur uniuerſæ ſunt cognationi cōmunia, una omnibus uxor. Qui primus domū ſubierit, poſito ante ianuā ſcipione, cū ea cōgreditur, cū grādiori natu pernoctat: ita omnes oīm ſunt fratres: coëunt cū matribus & ſororibus pecudū ritu. Adulter capite plectitur: alterius ſanguinis cōgreſſus pro adulterio eſt: domeſtici in uniuerſum legitimi habētur. Cōuiuia ferè terdeni celebrāt, & in his Muſicæ artis duo nō imperiti, cōſanguinei ſibi inuicē miniſtrāt, Vrbes & oppida ſine mœnibus pacate inter ſe agūt. Seſamino oleo utūtur beatiſſima alioq rerū ubertate. Ouiū greges cādidi uelleris: grādiori ſtatura boues: eqs omnino carēt: quorū deſyderiū adimit chamelorū copia: Aurū, argētū et plura aromatū gn̄a terræ peculiaria. Aes, ferrū, ueſtis, purpura, crocus, coſtus, toreumata aliūde aduehūtur. Defūctorū corpora ſtercore abiectiora, Regū cadauer ſterquilinijs ſepeliūt. Fidē inter homines, ut qui maxime, ſeruāt, quam

arabia triplex Petrea, deſerta, Felix.

Cum matribus & ſororibus coëunt Arabes.

Equi nulli in Arabia.

Fides Arabū.

hunc in modũ dãt. Quoties fœdus inire uolũt, alius quidem medius inter utrũq; ſtans, acuto lapide ferit uolam iuxta maiores digitos ipſorum, qui fœdus ineunt: deinde ſumpto ſtocco ex utriuſq; ueſtimẽto, inungit eo ſanguine ſeptẽ lapides in medio poſitos, inter inungendũ inuocãs Dionyſiũ & Vraniã: hoc acto, idem, qui fuit ſequeſter fœderis inter amicos cõtrahẽdi, uadatur hoſpitem, aut forte ciuem, ſi cum ciue res agitur. Quod fœdus, & ipſi, qui amicitiam contraxerunt, ſeruare iuſtũ cenſent. Myrrhæ ſarmẽtis ignes fouẽt: quorum fumo ſatis noxio niſi odore cremati ſtoracis occurrant plærũq; incurabi es morbos cõtrahunt. Cynnamũ per ſacerdotes legitur: oſtijs prius cæſis, quas cum litauerint, obſeruatur, ut neſsis, nec ortũ ſolis anticipet nec egrediatur occaſum. Quiſquis principatũ tenet ſarmẽtorum ſtrues haſta diuiit, quæ ſacrata eſt in hunc uſum: atq; ita portio manipu orum etiã Soli dicatur; quæ, ſi iuſte diuiſa eſt, radijs inlagrata incendium ſponte concipit. Pars eorum, quibus ſper uictus eſt, angues edũt. Nulla illis animi uel corpois cura, ac propterea Ophiophagi nominantur. Nomaibus uſus Chamelorũ frequẽs, his pugnãt, procul'q; one a exportãt, lacte & carnibus ueſcentes. Fluuius quem ccolunt auri ramẽta habet, id non conſtant artium incitia. Debæ & ipſi paſtores, colunt ijdem & agros ali ua ex parte; gens auri abundans, inter glebas temerè ia entes aureas pilas in glandium magnitudine reperiunt: uibus lapillis affabre interiectis monilia cõficiũt haud iucunda aſpectui, ea collo & manibus inducunt. Venũt aurũ finitimis triplo æris precio: argenti duplo: cũ uri cõtemptu; tum deſyderio, quæ cõmercio parantur.

Vrania & Dionyſius ĩ fœdere inuocantur.

ὀφιοφάγοι ſerpentum comeſtores.

Debæ diuites auri.

Sabæi thure ac myrrha opulenti.

Proximi his Sabæi thure myrrha & cynnamomo diuites: & in ora huius terræ Balſamũ naſci quidã prodiderunt. Habent & palmas odoriferas, & calamum. Serpens ibi palmari longitudine, letalis ferè eius morſus: in arborum radicibus cubat. Odor nimius rerumq; fragrantia ſtuporem ſenſibus inducit, quem bituminis ſuffitu, & hyrci barba leuant. Penes regem omnis iudicandi ratio. Sabæorum plæriq; ſunt agricolæ: aromata alij legunt. In Aethiopiam ob negotia nauigant nauigijs corio contectis. Cynnamomum & Caſiam ligneæ materiæ loco igni adhibent. Huius gentis metropolis eſt, quam Sabã appellant, ſupra montem ſita. Reges ex generis ſucceßione habent eos, quibus, multitudo honores diſtribuit bonis maliſq; immixtos. Regiam nunquàm exire audent, ne à turba hominum lapidibus ueteri quodam deorum reſponſo obruantur, timentes. Sabæ ubi regia eſt, toreumata argẽtea, aureáq; omnis generis poculorum habẽt. Lectos inſuper tripodaſq; argenteis pedibus, cæteramq; ſupellectilem ultra fidem ſumptuoſam. Magnis quoq; columnis porticus fulciuntur: quarum capita, tum argentea, tum aurea exiſtunt: laquearia uerò, ac portæ aureis phialis, precioſis lapidibus intermixtis totius domus ſumptuoſißimum ornatum oſtendunt. Alia enim auro, alia argento: quædã lapidibus ſplendent. Nonnulla, tum elephantorum dentibus ſunt exculta, tum multis præterea rebus alijs, quæ plurimi apud homines æſtimãtur. Et eã ſanè multis ſæculis perpetuã habuere felicitatem. Abfuit enim ab eis penitus, quæ multos in præceps dedit, ambitio per auaritiam aliena poßidẽdi. Nec Garræi his minus opulenti, quorũ ferè ſupellex omnis ex auro

Reges Sabæorum regiã exire non audent.

Supellex Sabæorũ omnis ex auro & argento.

eſt & argẽto:ex his et ebore domorum limina,tecta pa rietes cõſtruunt.Nabathæi oĩum cõtinẽtiſsimi,in quærẽdis opibus mira gẽtis ĩduſtria,ſed in tuẽdis multo maior. Qui rẽ domeſticã minuit publicè mulctatur,cõtrà hono re afficitur,qui patrimonium auxit.Gladio,arcu,lancea & funda in bello plurimum etiã bipẽnibus Arabes utun tur.Dira Sarracenorum gẽs,peſtis illa hominum teterri ma,inde ſumpſit originem.Abijtq;(ut credere eſt) pars Arabum maxima in Sarracenicum nomẽ:cæterum uete rẽ appellationẽ nunc quoq; tenẽt,q circa Aegyptũ habitãt,raptu plurimũ uiuẽtes chamelorũ celeri tate freti.

Garrei auro & argẽto abũdantes.

Nabathæi parciſſimi.

Sarracenorum gens in Arabia ſumpſit exordium.

De Pãchaia & moribus Panchaiorum. CAPVT II.

PAnchaia Arabiæ regio,Diodorus Siculus inſulã eſſe dicit,ducẽtorũ ſtadiorũ latitudine: tres in ea nobiles urbes enumerat,Dalidã Hyracidã et Oceanidã. Regio oĩs,quàm ubi arenoſa,fructifera eſt.Vini maximè abundãs & thuris,quod in ea adeò excreſcit, ut p uniuerſum orbẽ ſatisfaciat deorũ ſacris.Fert etiã myrrhã plurimam,& alia uarij generis aromata,odorẽ præbẽtia, quæ Panchai legunt & Arabis mercatoribus uendunt:à quibus alij precio ſumptas,in Phœniciã,Syriã,& Aegyptum trãſuehunt:inde à reliquis orbis mortalibus importatur.Curribus in bello Pãchai utuntur more priſco. Politia eorum trifariã partita eſt. Primum locum ſacerdotes tenent,quibus adduntur artifices. Secundum agricolæ habent.Tertium milites,quibus paſtores adijciuntur.Sacerdotes oĩm ſunt duces,qbus & cõtrouerſiarum iudicia & publicarũ rerum arbitria pmiſſa, mortis

Thuris in Panchaia copia.

pœna tantũmodo excepta. Ruſtici *agros colũt,fructus õmnes in cõmune cõferẽtes*. Qui ex eis *optime uidentur agro colẽdo uacare,hi uſq; ad numerũ decẽ ad cæterorum exhortationẽ diſtribuendorũ fructuũ iudices à ſacerdotibus legũtur*.Paſtores *tum ea,quæ ad ſacra pertinent,tum reliqua in publicũ alia numero,pondere alia, cũ omni ferũt diligentia*.Nil *cuiquam priuatũ eſt, domo atq; horto exceptis,ſed tũ uectigalia,tũ cætera ſacerdotes percipiũt,æquè illa prout uſus fuerit,diſpartientes: ipſis duplum conceditur*. Veſtibus *induuntur mollibus*. Oues *enim apud eos plurimũ ab alijs differunt mollitie*, Ornamẽta *aurea nõ tantũ mulieres,ſed etiam uiri deferũt,torquibus collũ ornãtes,armillis manus,aures more* Perſarũ *inauribus,pedes nouis ac uarij coloris calceis*. Milites *patriã armis tutãtur*. Sacerdotes *ultra reliquos delicijs uacãt,uitã ducẽtes mundã ac ſumptuoſam*:Stolas *lineas maxime tenues,ac delicatas:quãdoq; etiam ueſtes ex molliori lana cõtextas induũt*.Mitras *inſuper geſtant auro intextas*,Sandalijs*pro calceamẽtis uarij coloris utũtur,ſumma arte factis*.Ferunt *& aurea (mulierũ more) præter inaures,ornamenta*. Hi *maxime deorum incumbunt curæ,hymnis & laudibus eorum geſta recẽſentes*. Genus *eorũ à* Ioue *manaſſe narrant,quũ in* Panchaiam *ueniſſet:quo tẽpore inter homines uerſatus orbi imperauit*.Referta *eſt ea patria auro,argento,ære,ſtanno,ferro: quorum nil extra inſulam aſportari licet:neq; uerò ſacerdotibus extra locum ſacrum proficiſci fas eſt:ultrà deprehenſum interfici licet*: Dona *plurima aurea atq; argentea dijs à longo tempore oblata in templo ſeruantur*.Valuæ *eius, ſtructura mirabili,auro, argento, ebo-*

Nihil Pãchais priuati.

Sacerdotes pãchaiorum delicijs dediti.

Iupiter in Panchaiã exulatus

Sacerdotibus ſacrũ locũ exire non licet.

re,ſunt decoræ:dei lectus ſex eſt cubitorũ longitudine, quatuor latitudine,aureus totus:opificio ſplendido, ac uenuſto.Simili modo & dei menſa cum magnitudine tum pari impenſa ſplẽdoreq́ iuxta lectum poſita. Templum *ingens ex albo ædificatum lapide, magnis ſculptisq́ ſuffultum columnis,duorum iugerum longitudinẽ, cui æqua eſt latitudo complectitur.* Permagnæ *deorum ſtatuæ ſum ma arte fabricatæ templum* exornãt,*circum ſacerdotes, quibus ſacrorum cura demandata eſt,domos habẽt.* Ager *qui circumiacet ſtadijs ducentis dijs ſacer eſt, cuius uectigal in ſacrificijs conſumitur.*

Templũ vltra fidem ingens.

Ager circa templũ Dijs ſacer.

De Aſſyria, Aſſyriorumq́ uiuendi moribus. CAPVT III.

A *Sſyria regio Aſiæ ab Aſſur filio Sem,ut Auguſtinus ait,appellata:hodie Syria dicitur,habens ab ortu* Indiã & Mediæ *partem, ab occaſu* Tygrim *fluuiũ,à meridie* Suſianã,*à ſeptẽtrione* Caucaſum *montem.* Raro *in* Aſſyria *pluit: quicquid in ea frumenti ꝓuenit, fluminis irrigatione paratur,nõ ſua ſponte,ut in* Aegypto*:ſed accolarũ ingenio & labore:tãta alioquin ubertas ut ducẽtena uulgò,& ubi eximiè ferax eſt,trecẽtena meſſe redundet tellus quaternũ digitorũ latitudine tritici & hordei folia ſint.* Seſami & *milij ꝓceritas inſtar arborũ attollatur.* Quæ *omnia ſibi explorata, cunctãtius tamẽ* Herodotus *memorãda cẽſuit,uelut parum credibilia:ſi ijs,qui ea nõ uiderint,talia proderẽtur.* Pal*mas ueſcũtur,ex quibus mel & uinũ cõficiunt.* Fluuiali*bus nauigijs utuntur,in ſpeciem clypei orbiculatis, non*

Aſſyriæ fines.

Mel & vinum ex palmis.

Nauigia Aſſyriorum.

puppi,nõ prora diſcretis,quæ ſuper Aſſyrios in Armenia ſalicibus texũtur,crudo corio exteriore parte obducto.

Veſtitus Aſſyriorum.

Amiciuntur Aſſyrij duabus tunicis,linea una ad pedes demiſſa,altera linea breui,candidaq; ſtola his ſuper iniecta:calceos pedibus inducũt,quales Thebanæ ſoleæ fuerũt:alũt comas mitraq; redimũt: unguẽtis delibuti in publicum exeũt.

Anuli vſus.

Anulum ſignatoriũ ſinguli habent: & ſceptrum affabre factum,cui malum,aut roſa,aut lilium, aut aliud ſimile ſit impoſitum,ſine inſigni aliquo id geſtare indecorũ ac turpe creditum.

Abſq; ſceptro in publicũ nemo prodit.

Ex legibus, quibus ea gens uſa dicitur, ea mihi res memorabilis uiſa eſt, quòd uirgines iam maturæ uiro in publicũ productæ, ſingulis annis,ijs uenales proponebãtur, qui uxores ducere uellent,dabãturq; primo uenum formoſiſſimæ,quæq;. Quibus minus ſpectata erat forma,& quas non modo non quiſquam ſibi mercaturus fuiſſet, ſed ne gratis quidem alioqui ducturus,ea pecunia, quæ fuerat pulchrioribus uẽditis in publicũ redacta,cõnubio locabãtur.

Virgines nubiles venum expoſitæ.

Herodotus autor eſt:hunc olim morem in Venetis *Illirico finitimis ſeruatũ,idq; fama ſe cõpertum habuiſſe.Ego(inquit* Antonius Sabellicus*)tenuerit ne mos ille gẽtis aliquãdo haud multoplus compertum habeo, tantum affirmare poſſum:*Venetijs*, cuius urbis opes hodie terra mariq; inſigniter pollẽt,inter præclara ciuitatis inſtituta, uirgines furto cõceptas,& ad limen pietatis expoſitas,ex publico ad nubiles uſq; annos in operto ſub tetrica diſciplina inſtitui:quæ ſunt elegantiori forma,quoniã ſunt ingenue inſtitutæ,aut ſine dote matrimonio locari: ijs pſertim,qui periculo aliquo,aut graui morbo ſeruati, uotorum damnati,eas ſibi in uxores depoſcunt. Alij pudici*

Mos a Venetis obſeruatus

tiam ſequuti,aut formam,ſine dote ipſas ſibi uirgines iun gunt,modo ij ſint,qui liberaliter, quas duxerint habitu-ri exiſtimentur: aut ſi nihil horum ſit,minus graui dote nubunt, quæ forma præſtant,quàm ſi facie fuerint pa-rum liberali:etſi pari diſciplina inſtitutæ. Altera Baby*loniorum lex,quo utilior,eò magis memorabilis: quum nullus ab initio in his eſſet medicorum uſus: lege ferũt comparatũ:ut qui ægrotare cœpiſſet,eos de morbo con ſulerent,qui idem languoris genus paſſi eſſent,medicãq; ad id leuandum opem aliquam experti.* Apud *alios ſcri-ptum reperio: in publicum ægrotos deferri ſolitos, le-geq; cautum: ut qui aliquando ægrotaſſent, male affe-ctos circuirẽt,docerentq; ſingulos: qua ipſi ope potiſſi-mum adiuti aliquãdo à morbo liberati eſſent. Eorum ſe-pulchra in melle:funebris luctus,qui & Aegyptijs.* Qui *cum uxore noctu cõgreſſus eſt,nihil prius uterq; tangit, quàm lotus fuerit.* Omnibus Babyloniorum *mulieribus olim mos fuit,ex cauſſa quadam in aliqua re Venerea cũ hoſpite permiſceri: cum turba & cultu plurimo ad illũ uenientibus, quælibet noto aliquo coronabatur: hoſpes quam cognoſcere uolebat,ponebat ſuper illius genua ar gentum quantum ſibi uidebatur,tum coibat cum ea lon-gè a fano abducta: argentum illud Veneri ſacrum erat. Fuere in his familiæ quædam,nulla re alia niſi piſcibus uictitantes:quos ad ſolem arefactos, piſtillisq; tuſos ex eáq; materia aſſeruata,undiśq; reſperſa,offas conficie-bant, torrebantq; eas in uſum panis ad ignem.* Tres *fuere magiſtratus, eorum qui iam militia emeriti erant, nobiliorum alius & ſenum, ſeorſum regio poſito. Fuere etiam* Magi, *qui &* Chaldæi *dicebantur tales*

Babyloniorũ lex vtiliſſima circa infirmos.

Mulieres cum hoſpite permiſcebantur.

Magiſtratus Aſſyriorum.

Magorũ officia.

quales in Aegypto ſacerdotes ad deorum cultũ inſtituti: per omnem uitam philoſophari, aſtrorum peritiam tenere, nunc augurijs, nunc carminibus ſacris, mala hominis auertere, bono afficere: auguria, inſomnia, prodigiaq; fida interpretatione explanare: nec foris inſtituebãtur, ut Græci, ſed à parẽtibus diſciplinã, uelut hæreditariam ſortiti: pueri domeſtice diſcebant, quia perpetua cura facilis ſequebatur profectus: una cõſtansq; dicendi ratio, non uaria, & anceps, qualis apud Græcos, ubi qui eam tradere conſueuerũt uaria de principijs & rerum cauſſis, atq; inter ſe repugnãtia diſſerebant. Sed hi mundum cõmuni aſſenſu æternũ opinati: neq; principium habuiſſe neq; finẽ habiturũ, uniuerſorũ ordinẽ & ornatũ diuina ꝓuidẽtia cõſtare: cœleſtia corpora nõ ſua ſpõte, fortuitoúe motu, ſed lege quadam certoq; numinis iudicio moueri. Aſtrorum curſum uetuſta obſeruatione perſcrutari, multa ex illorum inſpectione mortalibus futura uaticinari. Maximam uim planetis tribuere, præſertim huic, quem noſtri Saturnum uocãt. Chariſſimum Solẽ omnium arbitrari: & cui præcipua adeſſet uirtus. Martem, Venerem, Mercurium & Iouem præ cæteris obſeruari, quoniã uelut proprium curſum ſortiti, futura oſtẽderẽt, tanquàm deorum interpretes. Quod ipſum uſqueadeò perſuaſum habuerunt, ut quatuor illa aſtra uno nomine Mercurios appellarent, uentis prætereà imbribus, æſtu, cometis, ſolis et lunæ defectu, terræ hiatu, multis deniq; ſignis, ſalubria ſimul ac pernicioſa prædicere. Imaginari ad hæc alia ſydera illis ſubiecta: & ex ijs quædam noſtro hemiſphærio alia ſubterraneo uagari: pari ad hæc cum Aegyptijs errore duodecim ſibi deos finxerunt: quorum

Mundus æternus habitus a Chaldæis.

Planetarũ obſeruatio.

quorum ſingulis menſem, & unum in Zodiaco ſignum tribuere. Multa quidem regibus uentura uaticinabãtur: ut Alexandro uictoriam cum Dario dimicaturo. Hircanori deinceps Seleuco & alijs Alexãdri ſucceſſoribus: mox & Romanis ſucceſſoribus non pauca, quorũ euentus fide nõ caruit. Numerant prætereà ſydera quatuor & uiginti: extra Zodiacum, ad boream duodecim: reliqua auſtrũ uerſus, horum quæ appareãt ad uiuos pertinere arbitrati: reliqua ad eos, qui uita defuncti eſſent. Hæc illi ad alias rerum ambages effuderunt mortalium oculis: ut quæ de annorum obſeruatione meminerunt quadraginta tria annorũ millia à prima ſuarum rerum memoria ad Alexandri aſcenſum colligentes, quod impudenti quidem mendacio aſſerebant, niſi aliquis eam annorum rationem menſtruam interpretetur, qualis apud Aegyptios fuit.

Ex aſtris chaldęi futura prædixerunt.

Temporũ per Chaldæos ſupputatio falſa.

De Iudæa & Iudæorum uiuendi ritibus, legibus ac inſtitutis.

CAPVT IIII.

PAleſtina, quæ eadẽ eſt quæ Iudæa, particularis Syriæ prouincia, inter Cœloſyriam iacẽs & Arabiã Petreã, ad occaſum Aegptiaco alluitur pelago: perfunditur & Iordane fluuio ad orientẽ ſolẽ: hanc terram bibliaci libri, & Ioſephus eos ſecutus, Cananæam appellant: terrã uariarum opum diuitem, frugibus fertilem, aquis illuſtrem, opimam balſamo. In medio orbis conſtitutam, quo fit, ut nec frigore nimio rigeat, nec calore torreatur. Ob quam elementorum gratiã æſtimauerunt Iſraëlitæ ſiue Hebræi gens antiquiſſima, & apud quam

Paleſtinę fines

Cananęa terra lacte, & melle fluens.

ſolam à prima hominis formatione cœleſtis ac ueri numi nis cognitio cultusq; & primum idioma permanſit, eam eſſe, quæ patribus olim Abrahæ Iſaac & Iacob promiſſa, à numine eſſet, terrã uidelicet lacte & melle fluentẽ, ideo Ioſue fortiſſimi ducis ductu quadrageſimo anno poſtquàm Aegyptũ exiiſſent ſuæ ditionis fecerunt, uno & triginta regibus in ea potenti manu deuictis. Leges Iſraëlitæ tenent, ac ſecundũ eas uiuunt, quas à Moſe primo ſuo duce acceperunt: quamuis & multis ante Moſen ſæculis abſq; lege aliqua ſcripta pie ſancteq; uixerint, ueritatem diuinis oraculis animiq; acumine & magnitudine conſecuti. Exiſtimabat eximius ille theologus Moſes nullam ciuitatem ſine iuris & æquitatis cultu diutius cõſiſtere poſſe. Iam quum bonorum præmijs, & impiorum ſupplicijs ſuos ad amplexandam uirtutem, & impietatem fugiẽdam, ſatis exhortatus eſſet: tandem ſuper decẽ illa legum capita duabus tabulis ad Sinam perlata, alias populo leges ciuiliaq; inſtituta promulgauit. Hæ quum adeò multæ ſint, ut ſolæ integrum librum præſtare poſſent: memorabiliores tantum hic ponam, cæteræ à Ioſepho bibliacisq; libris petantur. Sanxit Moſes, ut pueri initio leges diſcant: quum diſciplinam illæ in ſe optimam contineant. Qui Dei nomẽ blaſphemia læſerit, per diem ſuſpẽdatur, inſepultus abijciatur, ut ex meretricia pecunia ſacrum nullum fiat. Septem ſint in ſingulis urbibus principes, qui iuſtitia & prudentia cæteros antecellãt, ut duo cum his leuitici miniſtri iudicent. In re iudicanda autem ſi, quid rectũ ſit, iudicibus parum liqueat, Põtificis, & ſenioris arbitrio res tota decernatur. Ne unus teſtis recipiatur, ac ne duo qdẽ, niſi horũ prius ſit ſpe-

Terra abrahæ & ſemini eius promiſſa.

Leges a Moſe Iudæis promulgatæ.

Decalogus in monte Sina datus.

Pueri leges diſcant.

Blaſphemi ſuſpendantur.

Magiſtratus Iudæorum.

ſtata fides. Tres rite teſtimonium dicãt, Sed ne mulier te ſtis ſit, neq; mancipiũ, quòd in hoc fortuna, leuitas in illa meritò ſuſpecta habeatur. Præterea ne ex conſitis arboribus aliquid ante quartum annũ attingatur, ut tunc ex frugibus decimæ dentur. Propinqui & hoſpites nõnihil percipiant, quod reliquum fuerit agricolatoris ſit, ut ſemina munda non mixta terræ cõdantur, quòd diſsimiliũ communione terra non gaudeat: utq; uiator non à frugibus arceatur, ſed quantũ uolet ex his legat, ſi lectas præſens uſus exigat. Si pudor obſtet, ultro accerſeatur. Quæ turpem quæſtum fecerit, alteriúe nupſerit uxor ne ducatur. ut puella ꝑ uirgine ducta, ſi corrupta ſit corpore repta, flagitijq; cõuicta lapidibus obruatur, aut uiua cremetur. Si quis uirginem alteri deſpõſatam, non inuitam uitiauerit uterq; extremo ſupplicio afficiatur. Si uis illata fuerit, iniuriæ autor pœnã luat. Quæ ſine liberis uidua relicta eſt fratri defuncti coniugis nubat, ex eoq; matrimonio in ſucceſsionem generis prolem tollat: ſi eã ducere nolit, cauſſam apud ſeniores dicat. Si cauſſam ꝓbauerint, cui uolet illi nubẽdi facultas ſit, ut luctus in trigeſimum diem extẽdatur, ſat eſſe id tempus ſapienti ad lachrymas. Filius ſi parẽtibus iniurius fuerit extra urbẽ ſuſpẽdatur. Hoſtis bello ꝓſtratus nõ inſepultus iaceat. Si pignus ab inope creditor acceperit ante noctẽ reſtituat. Qui nõ fuerit ſoluẽdo apud eũ, cui debet, ſeruitutẽ ſeruiat. Si qs cõtribulẽ emerit, emptus ſexto mox anno liber exiſtat. Qui aurũ & argentũ inuenerit, inuẽtũ palàm præconis uoce faciat, ut aberrãs pecus ad magiſtrũ gregis reducatur, uel, quoad dñs exiſtat, cuſtodiatur. Vt Iſraëlitarũ nẽo uenẽa cõficiat, neq; cõfecta aliũde emat.

Tres teſtimoniũ ferant.

Vidua ſine liberis relicta cui nubat.

Filius parentibus iniurius ſuſpendatur.

Aes inuentum proclametur.

Venena miſcere Iudæis prohibitum.

Qui uenenũ alicui miſcuerit ſceleris conuictus id bibat. Qui oculum alicui per iniuriam erueris, pari clade puniatur. Si taurus quenquã peremerit cornu, lapidibus obruatur, eius carnes nõ attingantur. Depoſitũ *ut ſacrum cuſtodiatur, ut filius patris ſcelus non luat, nec parentibus erit fraudi, ſi quid filius deliquerit.* Et *hæc domi.* Mi*litiæ uerò illa, ut bellum priuſquàm inferatur res per legatos aut præcones repetantur: ſi res nõ reddãtur, dum placet, rite inferatur.* Adminiſtr*andi belli ſumma penes hunc ſit, qui ſtrenuitate & prudẽtia alios anteibit: ut miles ex omni multitudine fortiſsimus legatur.* Si *hoſtis obſidione premitur frugiferæ arbores ne lædantur. Læſæ enim ſi uocem habeãt conuitium facerẽt populatori.* Re*belles uictor ad unũ interficiat. Cæteri quũ uicti fuerint tributarij aut uectigales fiant.* Ne *qua mulier belli tẽpore uirile attingat inſtrumentum, neq; uir muliebre.* Vt *ue ſcẽdi ſanguinis uſus in uniuerſum* Iſr*aëlitis nullus eſſet.* Lepra *infecti, & quibus genitale ſemen ſpõte flueret, ciuitate expellerentur: & in his mulieres ſeptenis diebus, quæ mẽſtruæ eſſent, octauo redirent: totidẽ dies aberãt, qui funeſtam domũ haberent.* Vt *ſacerdos duabus agnis pro eo faciat, qui fluuiũ ſeminis per quietem paſſus eſt, ipſeq; prius frigidam aquam ingrederetur:* Pariq; *ratione expiaretur, qui cum coniuge parum legitimis diebus concubuiſſet.* Puerpera *.xl. dies tẽplo arceatur ſi marem enixa fuiſſet, ſi fœminam octoginta.* Qui *uxorem impudicam arbitraretur, hordeaceæ farinæ aſſarium offerret: mox ea ad templi poſtes conſtituta in ſacerdotis uerba iurare cogeretur, nihil læſam à ſe pudicitiam.* Si *falleret femore dextro diſiuncto, uteroq; putrefacto morere-*

Leges caſtrẽſes

Sanguĩe Iudæi non veſcuntur.

Leproſi et Gonorhæi ciuitate expellebãtur.

Expiatiões Iudæorum.

Solẽnis ſuſpectarũ vxorũ expurgatio.

tur. Si caſte iuraret decimo menſe puerum ſine uteri noxa eniteretur: tum ut ſacerdos dei in membrana nomen diluens phiala det iuratæ mulieri bibendum. Adulterio, *inceſto, ſodomiticæq́; fœditati capitalem pœnam irrogauit. Vt ſacerdos manco debiliue corpore altaris aſcenſu prohiberetur: aleretur tamen ſacris oblationibus, ut terra ſeptimo quoq; anno, ſi quando Cananæam Iudæi obtinuiſſent aratri eſſet imunis. Quæ tellus ſua ſpōte ferret quinquageſimo quoq; anno, qui Iobeleus dicebatur, tribulibus eſſet & extraneis communis: debitæ relaxarentur pecuniæ: libertate ſerui donarētur: prædia quæ uilius uæniſſent antiqs poſſeſſoribus redhiberētur.* His *ille inſtitutis domi forisq; ſub id tempus quo uita deceßit Iſraëlitas inſtruxit.* Adhibuit *& precationem ſolēnem pro eorū ſucceſſu, qui rite leges & inſtituta ſanctе cuſtodirēt, contra diras imprecatiōes in præuaricatores. Poſtremò populum ſacramēto adegit, ut diuinas & humanas leges, quæ ſemel latæ eſſent ꝑpetuo obſeruaret: nec ſi quis uiolare eſſet auſus impune factū pateretur. Cæterū quia ſatis cōſtat nullum genus hominum cæremoniarū ſtudioſius magisq; religioſum fuiſſe unquàm, quàm Iſraëlitæ fuere: quæ fuerit apud illos ſacrificandi ratio ab initio inſtituta operæpreciū duco breuiter explicāda. Duobus ab initio ſacrorū generibus Iudæi uſi ſunt, quorum unum holocauſtū dixere, idq; primores gentis perpetrabāt: qui erat ſiue boue, ſiue agno rē diuinam facturus, ſiue quid aliud immolaſſet, annicula maſculaq; eſſe oportebant animalia aris adhibenda: altaris orā ſacerdos uictimali cruore perfundebat, inde hoſtiā mēbratim diſſectam ſuper arā concremabat.* Alterum

Adulterij pœna.

Septennij obſernatio.

Iobeleus præcipitur obſeruari.

Cæremoniarū Iudæorū ratio.

Holocauſtū ſacrificiū primorum.

Plebeiorum ſacrificium. genus plebeiũ, in quo maiora anniculis offerebãt cruoreq; ſuper aram diffuſo renes, adeps, omenta imponebãtur flammis: pectora & crura dextera ſacerdotibus dabantur, quæ ſupererant intra biduum: qui rem diuinam feciſſent eſitabant. Inopum ſacrificium. Inopia ſi qui premebantur columbas offerre, aut turtures duas, quarum hæc in holocauſtum abibat, illam ſacerdotes ſortiebãtur. Piacula delinquentium. Qui imprudens deliquiſſet, huic annicula agna erat, aut hædus piaculum. Qui occulti ſibi criminis fuiſſet conſcius, ex præſcripto legis cæſo ariete expiari oportuit: horum carnibus ueſcebãtur ſacerdotes in tẽplo, tam publicis quàm priuatis Publicum ſacrificium. ſacrificijs, mundiſſima farina adijcitur, in agno aſſarij menſura, in ariete duorum, in tauro trium. Adhiberi & oleum, quod ſacris infundebatur. Agnus mane & ueſpe Sabbatum Iudæis maxime ſacrum. ri publice immolari. Septimis quiſq; diebus, quæ ipſis ex lege maxime ſacræ erant, & ſabbata dicebantur, geminatæ hoſtiæ aris admouebantur. Principio menſis duo boues cum ſeptem anniculis agnis, ariete uno, & hædo uno piaculi cauſſa. Adijciebant binos hædos, horũ unus extra fines miſſus multitudinem expiabat: in ſuburbana alter delatus, loco puriſſimo cum totis uelleribus cremabatur. Pontifex Taurum in id ſacrum, & in holocauſtum arietem dabat. Fuerunt & illis alia ſacra ſtatis cæremonijs ferijsúe permixta, quale fuit XV. mẽſis die, quẽ Mace Menſis Hyperueretheus. dones hyperueretheum dixerunt: & uertente autumno tabernacula figere: holocauſtaq; ferijs tenentibus ſtata quotannis reddere, myrrhæ ſalicis palmarũ & maliperſici ramos, qui hæc facerent, geſtantibus Xantico men-Mẽſis Xãticus id eſt aprilis. ſe: unde principium ſumebat annus ſub plenilunij diem, ſole arietẽ trãſeunte: quia his diebus ex Aegypto egre

di contigiſſet, myſtico agno faciebant. Inde azymorum feriæ, luna itidē plena paucis interiectis diebus celebres erant genti: tauri duo, aries unus, agni ſeptem quotidie per eos dies holocauſto cremabantur. Adijciebatur hyrcus unus piaculi nomine. Secunda azymorum primitiæ frugum cum olei aſſario dabantur, & frugum principijs agnus in holocauſtum. Erant & pentecoſtes ſtati dies, Aſarthan id illi tempus uocitabant, id eſt, quinquageſimam: fermētatos tum panes ex ſiccis alphitis offerebant. Agnas duas in holocauſtū, uitulos duos, arietes totidē, duosq; pro piaculo hyrcos. De Iudæis & Moſe duce eorum Ethnici ſcriptores ab Eccleſiaſticis diſſentiunt. Cornelius enim Tacitus xxi. diurnalium libro egreßionem gentis illius ex Aegypto non diuinæ uoluntati, ſed neceßitati tribuēs ſcribit. Orta per Aegyptū ſcabie & prurigine fœda, Bocchorim regem in Hamonis templo remedium petijſſe, iuſſum regnum purgare atq; illud hominum genus deis inuiſum alias in terras ablegare. Quo expulſo, ubi ingens ſcabioſorum colluuies uaſtis in locis relicta conſediſſet, cæteris per lachrymas torpentibus, Moſen unum exulum monuiſſe, ne quam deorum hominumq; opem expectarent: ſed ſibi, ut duci, crederent, aſſenſum eſſe, atque omnium ignaros fortuitum iter arripuiſſe: ſed nihil æque, quàm aquæ inopia laborātes: tum iam haud procul exitio totis campis procubuerant, uidiſſe agreſtium aſinorum gregem è paſtu in rupem nemore opacam cōcedere, ſecutum Moſen, quo ſibi in poſterum gentem firmaret nouos ritus contrariosq; cæteris mortalibus indidiſſe. Profana illic omnia, quæ apud nos ſacra, rurſum conceſſa, quæ nobis inceſta.

Azymorū feriæ

Pentecoſtes

Iſraëlitæ ex ægypto expulſi.

Iudæorū ritus cæterorū mortaliū ritibus cōtrarij

Animalis effigiem, quo miniſtrāte ſitim, errorēq; depū- lerāt penetrali ſacrauere, cæſo ariete in cōtumeliā Ha monis. Bos quoq; īmolatur, quē Aegyptij apim colunt. Sue abſtinēt ob ſcabiem uitandam cui animal hoc obno- xium. Septimo die ociātur, quia is finem laborū tulerit, deinde blādiente inertia ſeptimum quoq; annū ignauiæ datum: alij honorē eum Saturno haberi ob famē & ie- iunia. Panis eorum nō fermētatur. Hi ritus quoquo mo- do inducti defenduntur: & quia apud ipſos, fides obſti- nata, & miſericordia in prōptu eſt, ſed aduerſus omnes alias gentes hoſtile odium: ſeparati epulis, diſcreti cubi- libus: proiectiſſima in libidinem gens, alienarū concubitu abſtinent: inter ſe nihil illicitum, circuncidere genitalia inſtituere, ut diuerſitate noſcantur. Nec quicquam prius imbuūt, quàm contemnere deos. Animas prælio aut ſup- plicio peremptorū æternas putāt: eadem cura & de in- feris & pſuaſio cœleſtiū. Cōtrà Aegyptij pleraq; ani malia effigiesq; cōpoſitas uenerātur. Iudæi mente ſola, unūq; numen intelligunt. Prophanos qui deorū imagines in ſpecies hominū fingunt. Hæc & multa alia Cornelius Tacitus & Trogus lib. XXXVI. ſcribunt. Iudæorum ſectæ tres à cōmuni reliquorū uita diſcretæ erāt, Phariſæorū, Saducæorū, Eſſæorū. Phariſæi cultu auſtero, & uictu p- parco utebantur: traditiones ſuas ſtatuētes quibus tradi tiones Moſi determinabāt. Pitacia chartarū in frōte ge rebant, & in ſiniſtro brachio, quibus decalogus inſcri- ptus erat, ꝙ dixerat dominus habebis, quaſi quid appen ſum inter oculos tuos & in manu tua. Et hæc phylateria dicebātur, à phylexe, quod ſeruare eſt, et thorat legem. Hi etiā maiores fimbrias alijs ferētes ſpinas eis affige-

Religio Iudæorum.

Phariſæorum mores.

bant,quibus pũcti inter eũdum memores mãdatorũ dei fierẽt. Vniuerſa deo deputabãt: & Emarmeni,id eſt,fato agere quidẽ quæ iuſta ſũt,uel negligere:in arbitrio hominũ plurimũ eſſe dicebãt,tamẽ in ſingulis adiuuare Emarmenem,quã ex motibus corporũ ſuperiorũ fieri putabãt,ſuperioribus ſuis & natu maioribus nunquàm contrariũ reſpõdebãt. Iudiciũ dei futurũ credere,oẽm animam incorruptam eſſe, ſolas bonorũ animas in alia trãſire corpora uſq; ad reſurrectionẽ & iudiciũ:malorum aũt æternis detrudi carceribus: & quia à cõmuni hoĩm habitu diuerſi erãt,ideo phariſæi dicebãtur. Saducæi Emarmenẽ negabãt deũ inſpectorẽ omniũ dicẽtes, & in arbitrio hoĩm ſitum eſſe ut bonũ malumúe faciãt. Aĩarũ poſt hãc uitã uel ſupplicia negabãt uel gaudia. Quòd reſurrectionẽ mortuorũ futurã negabãt, animas mori cũ corporibus putãtes,nec angelos eſſe dicebãt,ſolos quinq; libros Moſi recipiebãt. Ipſi ſeueri nimis erãt, nec inter ſe ſociales,ob quã ſeueritatẽ Saducæos,id eſt, iuſtos ſe nominabãt. Eſſæi uerò in omnibus monaſticam agebant uitam,nuptias & fœminarũ cõgreſſum omnino faſtidientes,non quia coniugia & hominũ ſucceſſionem cenſerẽt perimendam,ſed cauendã intẽperantiã mulierum,nullam earum fidem ſeruare uiro putantes. Omnia habebãt cõmunia:probra unguentũ & balneũ ducẽtes, ſqualorem decus putarent,dũmodo in ueſte cãdida ſemper eſſent. Nulla eis certa ciuitas,ſed in ſingulis domicilia habebant. Ante ſolis ortum nihil profanũ loquentes, Solem,ut oriretur,orabãt, poſt uſq; ad quintam horam operantes,loti corpus in aquis,ſimul & cũ ſilentio edebãt. Iuramentũ habebãt ꝓ periurio, Sectæ ſuæ neminẽ

Animas in alia corpora migrare.

Animas cũ corporibus iterire

Eſſæorũ uita tota monaſtica

Omnia Eſſęis cõmunia erãt.

adhibebant,niſi ſub annua probatione. Recepti autẽ ad ſe poſt annum,duobus alijs annis mores probabant, deprehẽſum in peccatis à ſe pellebant,ut herbas pecorum more decerpẽs,uſq; ad obitũ pœniteret.Quũ decẽ ſederent,nullus nouem inuitis loquebatur. Spuere in mediũ, uel in dexterã partem ſui uitabãt. Adeò ſabbatũ obſeruabãt,quòd nec eo die aluũ purgarẽt,dolabrã ferebant ligneã,qua in loco ſecretiſſimo fodiebãt terrã ad aluum purgandam:demiſſa ueſte, diligenter ſe contegẽtes, ne ſplendori diuino facerẽt iniuriam:ob id etiam ſtatim foueam replentes: uiuebant quàm longiſſime ob uictus ſimplicitatem. Palmis enim ũictitabant. Pecuniæ eis nullus uſus erat. Mortem pro iuſtitia iudicabant meliorẽ. Animas omneis à principio creatas pro tẽporibus incorporari:exutas bonas corporibus ultra oceanũ degere, ubi ſit repoſita eis perfruitio,ad orientem magis malis procelloſa,& hyberna loca delegantes.Erant in eis qui futura prædicerent,quidam cõiugibus,ſed moderate operam dabant:ne ſi à mulieribus abſtinendum arbitrarentur,genus humanum deficeret.Syriã hodie Græci inhabitant,qui & Griphoni dicuntur,Iacobitæ, Neſtoriani, Sarraceni,duæq; Chriſtianæ pietatis gentes Syriani & Marouini. Syriani Græcanico ritu ſacrificant, paruerunt'q; aliquandiu Romanæ eccleſiæ.Marouini ſentiunt cum Iacobitarum gente.Horum lingua & literæ, quæ & Arabum.Ad Lybanum montem habitant hæc piorum hominum genera . Sarraceni circa Hieroſolymam ſtrenui in bello,gaudent agrorum cultura . Syriani inutiles.Marouini pauci numero, ſed uiri pugnaciſſimi.

Sabbati obſeruatio.

De anima Eſſęorum opinio, Animarũ exutarum corpore merita.

De Media Medorumq́ moribus.
CAPVT V.

MEdia Aſiæ regio à Medo Medeæ & Egei Athenięſium regis filio appellata, & populi Medi dicti, ut Solinus refert: Ioſephus autem à Medeo Iaphet filio dictos fuiſſe ſcribit. Hæc regio, ut Ptolemæus habet, à ſeptētrione mari Hyrcano terminatur, ab occaſu maiori Armenia & Aſſyria, à meridie Perſide, ab oriente Hyrcania ac Parthia quæ montibus excluditur. Sagittandi equitandiq́ſtudium genti præcipuum ac pene peculiare. Peruetuſta & regum ueneratio. Tiara pileus rotūdus, & manicatæ ueſtes ab his ad Perſas cum imperio fluxere. Proprium Medorū regum fuit plures uxores ducere, mox & in priuatos tranſlatum ut minus ſeptem habere non liceret. Pulchrum & fœminæ multos habere uiros, pauciores quinq; calamitatem arbitrari. Ineunt fœdus Medi tum Græcorum ritu, tum feriendo brachia, quo illi humeris connectuntur ac mutuum ſanguinem delingūt. Sterilis regio, qua ad ſeptētrionem obuerſa eſt: quo fit, ut ex malis in hūc uſum exiccatis ac contuſis maſſam conficiant, ex toſtis amygdalis panem, ex herbarum radicibus uinum, ferinis carnibus plurimum uictitantes.

Mediæ appellatio.

Mediæ fines.

Studia gentis.

De Parthia & Parthorum uiuendi moribus.
CAPVT VI.

PArthiā Parthi Scytharum exules à ſe uocauerūt terram furto occupatam, à meridie Carmaniam, à ſeptētrione Hyrcanū ſolum, ab occidua ſolis plaga Mediam, ad ortum Ariam habentem. Regio eſt nemoroſa

Parthię termini.

mõtana & inops frugũ.Gens ipſa Aſſyrijs Mediſq; tẽporibus obſcurißima. Regnoq; à Medis ad Perſas trãſlato, uelut uulgus ſine noie:uictoribus prædæ fuit. Poſtremo Macedonibus ſeruiuit.Procedẽte deinde tempore,ea fuit ipſius gẽtis uirtus,hi rerũ ſucceſſus,ut nõ tantum finitimis imperaret,ſed à Romanis omniũ gentium uictoribus bello petita,eos magnis cladibus uictos affecerit. Plinius quatuordecim Parthorum regna numerat.

Quatuordeciʒ Parthorum regna.

Trogus his orientis Imperium attribuit, uelut orbis diuiſione cum Romanis facta. Adminiſtratio gẽtis poſt defectionẽ Macedonici Imperij ſub regibus fuit:qui Arſaces ab Arſace primo Rege dicebãtur omnes.Regũ maieſtati proximus populorũ ordo fuit:ex hoc duces in bello,ex hoc rectores in pace electi.Sermo his inter Scythicum Medumq; medius, ex utriſq; mixtus. Veſtis olim ſui moris:poſteaquàm acceſſere opes,ut Medis,perlucida ac fluida.Armorum patrius ac Scythicus mos. Exercitum nõ ut aliæ gentes liberorum, ſed maiore ex parte ſeruorum habent. Quorum uulgus nulli manumittendi poteſtate permiſſa,ac per hoc omnibus ſeruis naſcentibus indies creſcit, hos pari cura ac liberos ſuos habẽt, & equitare & ſagittare magna induſtria docent: ut quiſq; locuples eſt,ita magnũ regi ad bellum ituro equitatũ inſtruit.Itaq; Antonio bellũ Parthis inferenti quũ quinquaginta millia equitum occurrerent ſoli.D C C C. liberi fuere.Cominus in acie præliari neſciunt,obſeſſaſq; expugnare urbes:pugnant autem procurrẽtibus equis, aut terga dantibus, ſæpe etiam fugam ſimulant, ut incautiores aduerſus uulnera inſequẽtes habeant: ſignum his in prælio non tuba,ſed tympano datur,nec pugnare

Arſaces Parthorum reges.

Parthorum pugnandi ratio.

diu poſſunt. Cæterum intolerabiles eſſent, ſi quãtus his impetus eſt, uis tanta & perſeuerantia foret: plærunq; in ipſo certaminis ardore prælia deſerunt ac paulopoſt pugnam ex fuga repetunt: & cum maxime uiciſſe te putes, tunc tibi diſcrimen ſubeundum ſit. Munimentũ equitibus loricæ plumatæ, idem & equis, quibus bello utuntur. Auri argentiq; nullus olim, niſi in armis uſus. Vxores dulcedine uariæ libidinis ſinguli plures ducunt: nec ullum grauius flagitium, quàm adulterium uindicant: ob id mulieribus non cõuiuia ſolum uirorum, uerumetiã conſpectum interdicunt. Quidam autem & in his Strabo, coniuges eos ſuas amicis in matrimonium tradere, ut liberos ex eis ſuſcipiant. Carne non alia ueſcuntur, quàm uenatibus quæſita. Equis omni tempore uehuntur, his petunt bella, his conuiuia adeunt, mercãtur, colloquuntur, omniaq; publica & priuata obeunt munia, æquo ſedẽtes: atq; ſingulare illud inter ordines diſcrimẽ, quòd ſeruilis fortunæ uiri pedibus commeant, ingenui equis uehũtur. Sepultura uulgò aut auium aut canum laniatus eſt. Nuda demum oſſa terra obruunt. deorum cura ueneratióq; præcipua. Ingenia gẽti tumida, ſeditioſa, fraudulẽta, procacia quippe uiolentiam uiris, manſuetudinẽ fœminis aſſignant. Semper aut in externos aut in domeſticos motus inquieti. Natura taciti, ad faciendum, quàm ad dicendum promptiores. Proinde ſecunda aduerſáq; ſilẽtio tegunt. Principibus metu non pudore parent. In libidinem proiecti, in cibũ parci, fides dictis promiſſiſq; nulla, niſi quatenus expedit.

Sepultura Parthorum.

De Perſia & Perſarum moribus, ritibus & inſtitutis.

CAPVT VII.

PErſia Oriētalis Regio, à Perſe Iouis & Danaës filio dicta: à quo & Perſepolis totius gētis caput, Populi Perſæ dicti ſunt. Hæc regio ut Ptolemæus lib. v. ſcribit, à ſeptētriōe Medis terminatur, ab occaſu Suſiano, ab ortu ſolis duabus Carmanijs, à meridie parte ſinus Perſici, eius oppida fuere Axima, Perſepolis, Dioſpolis. Cœlū Perſæ Iouē credidere. Solem quē Mitram dicunt in primis uenerātur: colunt & lunam, Venerem, ignem, tellurem, aquam, & uētos: non aras, non ſtatuas habuere, ſed ſub dio, excelſoq́; loco ſacra operari: cum imprecationibus coronatā hoſtiam ad aram ſtatuētes, nihil præter hoſtiæ animā ſuperis dandum exiſtimare, nec eos etiā quicquam aliud uelle: quorūdam tamē in ea gēte exta focis īponere moris fuit: Igni ſacrificātes arida ligna imponunt cortice adēpto, & aruina ſuperiniecta, deinde īfuſo oleo ſuccēdūt, nō inſpirātes, ſed uentilantes: quòd ſi quis inſpirarit, aut mortuum quid cœnúmue in ignem immiſerit, morte plectitur. In flumine Perſæ nō lauātur, nō micturiūt, nec cadauer inijciunt, nō etiā ſpuūt, aut qd calefaciūt, ſed aquā hoc modo religioſiſsime colūt. In lacū uel flumē uel fontem uenientes ſcrobē faciūt, ibiq́; hoſtiā iugulāt, cauētes, ne quid proximæ aquæ ſanguine cōtingatur, tāquàm omnia polluturi: poſteà carnibus ſuper myrto, lauro impoſitis eas magi ſubtilibus uirgis comburunt: & factis imprecationibus quibuſdā, oleum lacte & melle mixtū inſpergūt, non in

Perſiæ cōfinia

Religio Perſarum.

Aquā religioſiſſime colunt.

ignem,nec in aquam,ſed in terrā imprecationes p mul⸗
tum tempus faciunt,faſciculum uirgarū myricinarū te⸗
nuium tenētes.Reges creāt ex una familia,q regi nō pa
ruerit capite & brachijs amputatis inſepultus abijci⸗
tur.Refert Policritus quòd Perſarum Regū quiſq; ſuas
ædes in monte faciat, & theſauros & tributa,quæ exi
git,ibi recōdat,bene adminiſtratæ rei monumētū.Exige
re eos ex ora maritima argētum,ex mediterranea,quæ
quæq; regio ferat,ut colores,medicamenta, lanam uel
aliud tale,eodē modo & pecora.Neminē illi ob unam
tantū cauſſam occidere licet,neq; alicui aliorū Perſa⸗
rū quicquā in aliquē ex familia ſua atrox agere.Vxores
ducūt ſinguli multas,aluntq; propagādæ ſobolis gratia
pellicesq; plurimas.Reges præmia proponūt ijs,q uno
anno plures procrearint filios:q creati ſunt ante quin⸗
quenniū ad patris conſpectum gentili inſtituto nō per⸗
ducūtur.ſed apud fœminas degūt:ea præcipue gratia,
ut ſi inter educationē quis decedat,nullā è dāno patri
afferat moleſtiam.Nuptiæ uerno æquinoctio celebran
tur.Spōſus malum,aut chameli medullā: nec ſuper hæc
alìud quicquam cœnatus,thalamū ingreditur. A qnto
anno ad quartum & uigeſimū diſcunt equitare, iacula⸗
ri,ſagittare,& in primis uera loqui:diſciplinarum magi
ſtris cōtinentiſsimis utuntur,qui fabulas,deorum laudes,
uirorumq; illuſtrium complexas,cum cantu,interdum uo
ce tantum ad uitæ inſtitutionem referunt. Aeris ſonitu
uocati unum in locum ad hæc diſcenda pertendunt.Ra
tio ab his depoſcitur eorum,quæ pueri audiuerunt.De⸗
curſione utuntur,duce ſibi,quem ſequantur, ex princi⸗
pum filijs aliquo ad id lecto:campus quem decurrant,ut

Reges ex vna familia creant Perſæ.

Studia quibus perſarum pueri inſtituūtur.

minimũ, triginta habet ſtadia. Ad æſtum & frigus pferendum, torrentiũ trãſitu exercẽtur. In armis & in madidis ueſtibus perdurãt, paſcũtur, ruſticãtur. Fructibus Terebinthi, glandibus, piris agreſtibus ueſcuntur, quotidianus cibus, poſt curſum cæteraſq; corporis agitationes panis duriſſimus. Cardamũ, & ſalis granũ, aſſæ carnes indifferẽter, & elixæ; aqua potus. Venantur miſſilibus telis ex equo arcu & ſagittis uſi: utuntur & funda: ante meridiẽ arbores ſerũt, radices effodiũt, arma fabricãtur, aut lino & retibus ſtudẽt. Pueri auro exornãtur, & in primis, delicijs. Pyropus eſt illis lapis, quem ſummo in honore habẽt, & ob id mortuo eũ non apponũt. Nec etiam ignem, ob honorem & reuerentiã, quam illi deferunt. A uigeſimo anno ad quinquageſimũ militant: forẽſem uſum non norunt, neq; uendunt quicquã neq; emũt. Cetro in Rhombi ſpeciem ad bellũ inſtruuntur, ac præter pharetram ſagarim & ſicas habent, & pileum turritum: ſquamoſum geſtant circa pectus thoracem. Principes Anaxyridem triplum habent, & tunicam manicatam ad genua demiſſam: intus candida fultura: exterior pars colore infecta. Amictũ æſtate purpureum, hyeme uarium, Tiaras magorum inſulis ſimiles. Vulgus duplici muniuntur tunica, ad media uſq; crura demiſſa: circum caput ſindonij ueli uolumen ingens. Lecti & poculorum ornatus ex auro & argento: de rebus maximis non, niſi medio potu, conſultant, eam demum conſultationem firmiorem rati, quàm quæ a ſobrijs ſit inita. Noti inter ſe, & æquales, oſculo ſe in occurſu excipiunt. Qui humiliori ſunt fortuna, uenientem adorant. Solo ſepeliũt corpora, cæra oblinentes. Magos inſepultos abijciũt, auibus laniandos.

Perſarũ victus quotidianus.

Principũ Perſarũ veſtitus.

Vulgi Perſici veſtitus.

laniandos. Cum matribus inſtituto quodam peculiari coëunt:& hi ritus moresq; Perſarū fuere. Herodotus & alios quoſdam habet haud memoratu indignos, ut ꝙ ridere coram rege, aut ſpuere nefas duxerint, & flagitioſum. Græcos ab his rideri, qbus pſuaſum eſſet deos ex hominibus ortos, quicquid nefas eſſet facere idem & dicere nefarium arbitrari. Turpe creditum debere, ſed omnium turpiſſimum mentiri. Cadauera non prius humare, quàm à canibus, aut alites traherentur, & quod indecorum ſit cæterarum gētium opinione, parētes inopia adacti uulgò filias proſtituebāt: quanquàm Babyloniorū id propriū eſſet. Hodie Perſæ à Sarracenis uicti, Mahometiq; delyrio imbuti in tenebris agunt: bellica olim gens: ut quæ diu in oriente ſit rerum potita, nunc armis deſueta, ueteri gloria excidit.

De India & Indorum prodigioſis ritibus moribusq; uiuendi.

CAPVT VIII.

INdia oriētalis regio, *Aſiæ terminus, tam uaſta perhibetur, ut eam tertiā omniū terrarum partem tradant. Pōponius tantū littoris occupare ſcribit, quantum per xl. dies noctesq; uelificantibus curſus eſt: appellata à flumine Indo, in quem ab occidētali plaga deſinit, à meridionali mari incipiens, aduſq; ſolis ortum porrigitur, & à ſeptentrione uſq; ad montem Caucaſum peruenit: gētes habet multas, & oppidis adeò exculta, ut quidam in ea quinq; millia fuiſſe dicāt, nec mirū ſit, uel de hominum, uel de urbium copia: quum ſoli Indi nunquàm à natali ſolo receſſerint. Fluuios memorabiliores Gangē* Indiæ magnitudo & deſcriptio. Oppida Indię quinq; millia.

Indum Hypanim, ſed omnium maximus Ganges. Terra fa uonij ſpiritu ſaluberrima in anno bis metit fruges, uice hyemis Ethesias patitur uētos. Vino carent, quamuis nō deſint, qui hoc quoq; Muſicanum ſolum ferre autumāt.

Indiæ vbertas diuitiæq; admirandæ.

Nardum fert Auſtralis ora: fert & Cynnamomum, piper, & calamū aromaticum ut Arabia & Aethiopia. Ebenum arborem ſola producit, Pſittacum auem, monoceron beſtiam, Beryllis, chryſopraſis, adamantibus, carbunculis. lychnitibus, margaritis, unionibus, gemmis abūdat. Binæ illic æſtates, leues auræ, temperius cœlum, ubertas ſoli, aquarum abundantia. Centum ob id & triginta annorum æuum eorū quidam, ut Muſicani, agūt. Seribus uita aliquanto longior. Indis omnibus eſt promiſſa cæſaries, non ſine fuco cærulei aut crocei coloris: cultus præcipuus cum gemmis: habitus diſcrepantiſſimus, alij laneis, alij lineis peplis ueſtiūtur, pars nudi, pars obſcœna tantum amiculati, plurimi etiā flexibilibus libris circundati. Niger uulgò corporis color, in materno utero tales fiunt, ſeminis diſpoſitione, quales ipſi ſunt q genuere. Genitale ſemen, ut Aethiopibus, nigrum, ſtatura procera ac ualida. In uictu frugales ſunt præſertim in caſtris, nec multa turba gaudent: ornatu plurimo ut dixi, utuntur: à furtis magnopere abſtinent: legibus utuntur non ſcriptis, literas non norūt, ſed omnia memoriter adminiſtrant, & propter ſimplicitatē ac uitæ parſimoniā omnia eis proſpere ſuccedūt. Vinum non niſi in ſacrificijs bibunt: potum ex oriza conficiūt, & hordeo: cibus magna ex parte oriza ſorbilis eſt. In legibus & contractibus maximam ſimplicitatem eſſe, uel ex eo argui poteſt, quòd nō multum ſunt litigioſi: nam nec cōmiſſi nec

Longiſſima Indis uita.

Literarū apud Indos nullus uſus.

Potus & cibus Indorum.

depoſiti iura ulla habent, nec teſtibus indigent, nec ſigil lis, ſed ſimpliciter credunt: domum frequẽtius incuſtodi tam habent, quæ profectò omnia cõtinẽtiæ ſunt indicia. Cæterum non facilè quis admittat, ut quòd ſoli degant, & quòd non una omnibus & cœnãdi & prãdendi hora ſit, ſed ut cuiq; libitum ſit. Nam ad ſocialem ciuilemq; uitam illa ſunt commodatiora. Exercitam præcipue frictionẽ probãt, & maxime ſtrigilibus. Ebeno arbore corpora expoliunt. In tumulis & ſepulturis faciendis perparci. In cultu corporis nimij. Nam & aurum geſtant, & lapillis ornãtur, & ſindonem candidiſsimã induunt, & umbellas ſecum portant: nam pulchritudinem excolentes, omnia faciunt, quæ ad decorandam faciem pertinent: ueritatem perinde recipiũt atq; uirtutem: ætati ſenum prærogatiuam nullam tribuunt, niſi prudentia excellant. Multas nuptas habẽt, quas à parẽtibus accipiũt, pari boum emptas, alias obediẽtiæ gratia, alias prolis ac uoluptatis, & niſi caſtas eſſe cogant, fornicari licet. Nemo ex Indis coronatus ſacrificat, nec adolet, nec libat. uictimas nõ iugulãt, ſed præcluſo ſpiritu necãt, ne quid mancum deo offeratur, ſed integrũ. Qui falſus teſtis deprehẽditur extremis decurtatur digitorũ articulis. Qui mẽbro aliquo quẽpiã orbauerit, nõ modo talionis pœnã ſubit, ſed etiã manu truncatur. Quòd ſi qs artifici manũ oculumue ademerit, capitale eſt. Regis corpus empticiæ mulieres curãt, q̃ regẽ cuſtodiũt, & reliquus exercitus manet extra portas. Si qua mulier Regẽ ebriũ occiderit, munus hẽt, ut cũ illius ſucceſſore iũgatur: ſuccedũt aũt filij. Regi ĩterdiu dormire nõ licet, nocte cogitur cubilia p horas mutare, idq; ꝓpter ĩſidias. Quũ in caſtris nõ eſt

Simplicitas Indis affectata.

Frictio corporis probatur.

Sẽibus niſi prudentes ſint honor nullus exhibetur.

Sacrificãdi Indorum ratio.

Regis vita mulieribus apud Indos ꝑmiſſa.

ſæpe exit: nam & ad iudicium exit, & audit: & ſi hora eſt, ut corpus curet, quod ſtrigilũ fit perfrictione, ſimul & audit, & à tribus pfrictoribus perfricatur: exit etiã ad ſacrificia: tertio ad uenationem: ubi Bacchico more maxima mulierum caterua circũfunditur: ſtipatores foris manẽt, uia funibus obtexitur: quòd ſi quis intro ad mulieres præuaricauerit, capite plectitur: præcedũt eũ tympana & tintinnabula. Quum in locis ſeptis uenatur, aſsiſtunt ei duæ tresúe mulieres armatæ: quum uerò in locis non clauſis uenatur ab elephante ſagittat: mulierũ aliquæ in curribus ſedent, quædam in equis ac elephãtis: quemadmodum & militãt: omnibus armis exercitatæ: multũ profectò à noſtris diſcrepãtes. Atq; hæc etiam à rerum ſcriptoribus dicuntur, quòd Indi Iouem pluuialẽ, & Gangem flumẽ, & indigetes genios colãt: & quũ eorum Rex capillos abluat ſolennia celebrent, & maxima dona mittant: diuitias ſuas certatim oſtẽdẽtes. In ſeptẽ ordines olim diuiſa uniuerſa gẽs fuit, quorũ primus philoſophorũ erat, qui cæteris numero pauciores, honore & dignitate apud Reges longè anteibant. Hi ab omni opere ĩmunes neq; ſeruiũt cuiquã, neq; imperãt: recipiũtq; à priuatis ea, quibus ſacra dijs faciãt, & curam habeant defunctorum, tanquàm chari dijs: et quæ fiãt apud inferos præcipue norint: ppterea dona plurima honoresq; eis impenduntur: multum enim proſunt Indorum uitæ. Nam anni principio unà conueniẽtes ſiccitates, pluuias, uẽtos, morbos prædicũt: cæteraq; quorum cognitio poſsit utilis eſſe: futura enim audiẽtes cum populus tum Rex & futura declinant mala, & bonis futuris imminent. Qui autẽ philoſophus falſa præ-

Indorũ gens in ordines ſeptẽ diuiſa.

Philoſophi quantũ uitæ noſtræ proſint.

*dixerit,nullã, præterquàm quòd perpetuo ſilet, pœnam ſubit.*Secũdus ordo eſt agricolarum qui multitudine ſuperãtes cæteros,à bello reliquoq́; ope liberi, ſolis agris colẽdis tẽpus impartiunt.Nullus hoſtis eos laceſſit neq; ſpoliat,ſed exiſtimans illos in communi utilitate uerſari ab omni iniuria abſtinet:itaq; ſoluti metu agricolæ terramq́; libere colentes,rerum afferunt ubertatem. Viuũt autem in campis cum uxore & liberis,neq; in urbes com meant:dant Regi(omnis enim India ſubdita eſt Regibus) tributum,nulli priuato licet agros poſſidere abſq; tributo:quintam quoq; fructuum partem regibus impendunt. Tertium ordinem cõficiunt omnis generis paſtores,qui neq; in ciuitatibus,neq; in uillis morantur.Vtũtur tabernaculis,uenatu ac retibus:tutas à feris auibusq́; regiões reddunt:hoc exercitio Indiam domeſticam præſtãt:multis uarijsq; tum beſtijs,tum auibus ſementi agricolarum infeſtis copioſam.Quartum locum artifices tenent:quorum pars armis,pars ruſticis inſtrumentis,alij alijs utilibus rebus fabricandis uacant. Hi non ſolum immunes à tributo ſunt,ſed frumentum inſuper à regia percipiunt. Quinto ordine milites,ſed numero ſecundi,belli diſciplina exercentur:omnis ea multitudo armis dedita,tũ equi elephantiq́; bello apti ex Regia uictum habẽt.Sextus eſt ordo Ephororum:hi quæcunq; in India aguntur inſpicientes regi referunt.Septimo loco exiſtunt,qui publicis conſilijs præſunt,numero pauciſſimi,nobilitate prudentiaq́; maxime inſignes.Ex his enim ad regũ conſilia, tũ ad rem publicam gerendam, tum ad res dubias iudicandas aſciſcũtur:duces inſuper ex his deligũtur, ac principes.Has in partes Indiæ politia diſtributa,haud quaquã

licet unius ordinis uirum alterius uxorem ducere, neq; exercitium mutare. Neq; enim fas eſt militem agrum colere, aut philoſophari artificem. Sunt & apud Indos ſtatuti principes, qui iniurias ab aduenis ꝓhibēt: ſi q eorū infirmētur, cōductis medicis curāt, defunctosq; ſepeliūt, eorum pecunia ꝓximioribus tradita. Iudices cauſſas cognoſcunt, ſontes diligenter puniunt. Seruilis conditionis apud eos nemo fuit, imò lege quadā ſancitū, neminē omnino ſeruū eſſe: liberos æquo iure honoreq; haberi omneis, qui aſſueſcerēt neq; præſtare cæteris neq; iniuria quenquā afficere, optime ob omneis fortunæ caſus inſtituiſſe uitā, ſtultū ſanè uideri leges æquas omnibus poſitas, fortunas nō æque omnibus communes eſſe. Sed quia Indorū gētes multæ ſunt, & forma, & lingua, propter latiſsimū regionis tractum, diuerſæ, non iijdem, quos deſcripſimus, moribus æque omneis uiuunt, ſed quibuſdam etiam incultioribus. Eorum qui aurorā ſpectant alij rei pecuariæ dediti ſunt, alij non. Item alij in paluſtribus fluminibus habitātes, crudis ueſcuntur piſcibus, egreſſi arūdineis nauigijs exceptant. Singula autem nauigia è ſingulis arundinis internodijs fiunt: iſti ex Indis ferunt ueſtem è tegete, quam ubi è flumine meſſuerūt inciderūtq; plectentes in modum ſtoreæ, tanquàm thoracem ſibi induunt. His finitimi auroram uerſus ſunt Indi pecuarij carnibus crudis ueſcentes nomine Padæ, qui talibus uti moribus narrantur. Quoties ciuium aliquis, aliquaue ægrotat, uirum quidem ſui maxime familiares interimūt, quòd dicant illum morbo tabeſcentem carnes ipſis corrupturum: et licet ſe neget ille ægrotare, at nihilominus iſti non ignoſcentes necant eum, epulanturq;. Mulieri

Apud Indos nemo ſeruilis conditionis.

Nauigia Indorū ex arundinū internodijs.

Aegrotātes interimuntur & comeduntur.

uerò ſuæ maxime neceſſariæ idem, quod uirò uiri faciunt. Qui autem ad ſenium peruenit, eo itidem mactato paſcuntur. Ideoq; cum hac de cauſſa, tum quia in morbis necantur, non multi ſanè eorum ad ſenectutem perueniunt. Eſt aliorum Indorum hæc diuerſa conſuetudo, ut nullum animantem interimant, utq; nihil ſerant, nec domos parandas exiſtiment, atque herba uictitent. Eſt eis ſemen quoddam milij inſtar ſua ſponte naſcens è terra ſuo in calyce, quod cum ipſo calyce lectum coquunt eduntq;. Quorum quiſque in morbum incidit, is in locum deſertum pergit, ibiq; decumbit, eius uel diſcumbentis, uel defuncti curam gerente nemine. Horum etiam omnium, quos iam recenſui Indorum coitus in propatulo eſt, ſicut pecorum. Philoſophos habent Indi Gymnoſophiſtas, qui, ut Petrarcha ſcribit, ultimas & umbroſas regionis partes incolentes nudi (quod ipſum nomen indicat) ac uagi in ſolitudinibus philoſophabantur, ab ortu ſolis ad occaſum perſtantes: immobilibus oculis orbem candentiſſimi ſyderis contuebantur, in globo igneo rimantes ſecreta quædam: inſiſtebant alternis pedibus toto die feruentibus harenis citra dolorem, & frigora niuium & flammæ æſtus perferebant. Inter quos Bracmana gens fuit, quæ, ut Didymus eius Rex Macedoni Alexandro, qui illam debellare cogitarat, ſcripſit, pura & ſimplici uita uiuit: nullis rerum illecebris capitur. Nihil appetit amplius quàm ratio naturæ flagitat facilis huic alimonia: non quam luxuriæ ſagacitas per omnia elementa perquirit, ſed quam tellus ferro inuiolata producit. Menſas epulis onerat

Moriēdi ritus

Gymnoſophiſtæ Indorum Philoſophi.

Bracmana gēs

*innocuis.Hinc eſt quòd genera morborum nec noīa nu-
merat diuerſa,ſed diuturna ſalute perfruitur: opem non
precatur alter ab altero,ubi uiuitur communiter. Inter
pares locus nō præbetur īuidiæ,ubi nullus ſuperior eſt.
Omnes diuites facit paupertatis æqualitas.Iudicia nō ha
bet,quia corrigēda non faciat. Leges nullas tenet, quas
crimina nulla proferant.Vna genti lex eſt:cōtra ius nō
ire naturæ.Qu e l ıborem nutriat,auaritiā nō exercet.
ocium turpe deuitat.Libidini membra ad debilitādū non
tradit,omnia poſſidet,quæcunq; non cupit.Quòd fero
ciſſima ſit peſtis cupiditas,quæ ſolet egenos, quos capit
efficere,dum finem inquirendi nō inuenit,ſed & magis
quo fuerit locupletata mēdicat.Sole caleſcit,rore hume
ctatur,ſitim riuo frangit,thorū miniſtrat humus,Somnū
ſolicitudo non rumpit,Mentem cogitatio nō fatigat, In
homines ſibi ſimiles ſuperbia non agit imperiū,nec quē-
quam uel minima ſeruitute exigit, præter corpus quod
ſolum animo famulari debere cenſet.In extruendis domi-
bus igne ſaxa nō ſoluit,nec admixtione pulueris cæmen*
Spelūcas Bracmani īhabitāt. *ta duriora conficit:quin potius in defoſſis telluris ſpelū-
cis aut concauis montium latebris habitat:nullos ibi uen
torum fremitus,nullius turbinis tempeſtatem formidat.
Tutius ſe ab imbre defendere ſpeluncā arbitratur,quam
tegulam,cuius geminus eſt uſus,dum uiuat māſionis,ſe-
pulturæ quādo moriatur.Nullus ibi precioſus amictus
ſed membra papyri tegmine,uel qđ uerius,pudore ue-
lantur.Fœminæ nō ornantur ut placeant,nec ſciūt in
augēda pulchritudine plus affectare,quam nactæ ſunt.
Ad cōcubitū nō admonet libido,ſed ſobolis amor.Bel-
la nō gerit,ſed pacem moribus,non uiribus confirmat.*

Nemo parens filij comitatur exequias, nulla extruit inſtar templorū ſepulchra defunctus, nec in gēmatis urnis funera cōbuſta recondit, quòd non honoris eſſe ducat, ſed pœnæ. Peſtilētiā aut alios corporis morbos, ut dictū eſt, Bracmani non patiūtur: quòd fœdis actitus cœlum nō temerāt, ſed ſemp apud eos tenet natura cū tēporibus concordiā, & uices ſuas elementa inoffenſa cuſtodiunt. Medicinæ remediū parſimonia eſt, quæ non ſolū illapſos poteſt curare dolores, ſed etiam procurare ne ueniāt. Nulla ludicra ſpectacula affectant, ſed theatrū ſpectare quum uolunt: geſtorū monumenta relegunt, quæ quum ſint maxime ridēda, deflent. Non in fabulis annalibus (ut multi) delectantur, ſed in pulcherrima mūdialis machinæ, & rerū naturaliū diſpoſitiōe. Mercandi gratia pontū claßibus nō nauigāt. Artem bñ loquendi nō diſcūt, Simplex eſt apud illos eloquētia, communisq; omnibus, ſolū præcipiēs nō mentiri: forū ſcholasq; minime frequētant, quorū doctrina diſcors, ſtabile nihil certumq; diffinit. In honeſtate una gentis pars, alia in uoluptate bonum conſtituit. In cultum diuinum innocuas pecudes nō mactant, dicentes deum ſacra ſanguine pollutorum nō accipere: cultum potius diligere incruentū, uerbo propitiari orātium, quod ſolū ei hoc cum homine eſt, ſua ergo ſimilitudine delectari. In Cathæis Indis multæ uxores in unius uiri coëunt matrimonium, & is ubi uita diſceſſerit apud grauißimos iudices ſuam quæq; de meritis agūt cauſſam: et quæ officioſior præ cæteris uiro chariorq; fuiſſe iudicantiū ſnīa cōprobatur, illa in habitu ornatuq;, quo cultius ſe exornare poteſt, uictrix & lætabunda rogum aſcendit, ac iuxta

Parſimonia morborū oīm curatio.

Religio bracmanorum.

Catheæ Indi vxores multas habent.

Vxorũ chariſſima cũ defuncto uiro crematur.

mariti cadauer accubat, amplexãs illud & deoſculans ſuppoſitis ignibus pudicitiæ laude cõtemptis cũ cõiuge defuncto concrematur: cæteræ cũ nota & dedecore ui uunt. Liberi ab ineũte ætate nõ parentũ arbitrio tollũ tur, ſed eorũ, quibus id negotiũ publicè iniungitur, tenerorum infantiũ illi habitũ inſpiciũt: ac ſi qui ſegnes ab initio, aut parte aliqua corporis debiles deprehenduntur, necari iubẽt. Cõnubia non opibus & nobilitate, ſed formæ præſtãtia conciliant inter ſe, liberorum magis quàm uoluptatis cauſſa. Cõſuetudo & apud Indos quibuſdam hæc eſt, ut qui filias præ inopia locare nõ poſſint, in ipſo ætatis flore, cum tuba & claßicis, quibus bellica ſignificari ſolent, in forum producant, tum multitudine conuocata puella accedẽti primum poſteriora humerotenus detegit, poſtea anteriora, quæ quum placita fuerit, & approbata quibuſcunq; uidetur illa nubit.

Mõſtruoſę Indiæ gentes. Cœnocephali in India.

Megaſthenes p diuerſos Indiæ mõtes nationes eſſe ſcribit capitibus caninis, armatas unguibus, amictas ueſtitu tergorũ, ad ſermonẽ humanũ nulla uoce, ſed latratibus tantũ ſonãtes aſperis rictibus. Gangis fontẽ qui accolũt

Hoĩes odore ſolo uiuentes.

nullius ad eſcam opis indigent, odore uiuunt pomorum ſylueſtrium, longiusq; pergẽtes eadem illo in præſidio gerunt, ut olfactu alãtur, quòd ſi tetriorẽ fortè ſpiritũ traxerint, exanimari eos certum eſt, & illorum aliquos in Alexãdri caſtris fuiſſe memoriæ traditũ eſt. Legimus

Monoculi in India.

monoculos quoq; in India eſſe: Quoſdã etiã tam inſigniter auritos, ut aures ad pedes defluãt, atq; in alterutrã earum decubent quarum duritie arbores conuellant.

Monopedes i India.

Quoſdã itẽ ſingulis pedibus, et adeò latis quidẽ, ut ubi ſe defendi à calore uelint, reſupinati his totaliter inum-

brentur. Apud Cleſiam legitur quaſdã fœminas ibi ſemel tantũ parere natosq; canos ilico fieri. Eſſe rurſus gẽtẽ alteram, quæ in iuuenta ſit cana, nigreſcat in ſenectute, ultra æui noſtri terminos perẽnantem. Eſſe etiam perhibent alterã fœminarum gentem, quæ quinquẽnes concipiant, ſed ultra octauum annum uiuẽdi ſpacia non protrahere. Sunt qui ceruicibus carẽt & in humeris habẽt oculos. Sunt præter eos iã enumeratos ſylueſtres quidã homines caninis capitibus, hirto et aſpero corpore, ſtridore terrifico. Sed hæc & alia id genus: quæ de India et gẽte eius memorãtur, quoniã magna eſt opus fide, ut ꝑ ueris recipiãtur, quã ne in ijs quidẽ, quæ ſunt pene oculis admota, niſi grauate adhibent, qui aliena legunt ſcripta, parcius ſunt referẽda. Cathaini hodie eã Indiæ partem, quæ inter Gedroſiã Indumq; fluuium ſita eſt, atq; ab his modo Cathainũ appellatur, inhabitãt Scythicum genus hominum, & in quibus magna morum mutatio facta uideri poßit, ſi uera ſunt, quæ Armenius Aitonus de illis ꝑdidit in hiſtoria: Sagacißimi ſunt, inquit, aiũtq; ſe ſolos hominũ duobus luminibus cernere, cæteros mortales aut cæcos eſſe, aut altero oculo captos, magnũ ingenij acumen, ſed iactantia maior. Perſuaſum eſt uniuerſæ genti, ſe cæteris mortalibus artiũ ſubtilitate & ſcientia lõge antecellere. Candidum genus hominum, paruis oculis, natura imberbes: literis utũtur Romanis quadratura ſimilibus, alij alio ſuperſtitionis aguntur delyrio. Cæterum omneis ueræ pietatis expertes. Solem adorant hi, illi lunam, quidam fuſiles ſtatuas, nonnulli bouem: uariaq; per hæc monſtra, ſparſa eſt gentis ſuperſtitio. Non ſcriptas leges, non fidẽ norunt ullã: &

Mulieres quinquennes concipientes.

Cathainorum mores.

Sagaciſſimi mortalium Cathaini.

Homines natura imberbes.

Cathainorũ religio.

quum in opificijs mirum ſit gentis acumen, nulla tamen his rerũ diuinarũ notitia. Timidũ genus hominũ, mortemq́; formidans: gerunt tamen bella magis ingenioſe, quam fortiter: ſagittis in pugna utũtur, telorumq́; generibus, quibuſdam hominibus aliarum gentiũ minime notis, papyracea moneta in uſu, quadrata forma, & in ea regis imagine expreſſa, quæ ſi uetuſtate obliterari cœperit, obſoletam cum recentius impreſſa in regia commutent. Supellex ex auro & argento, cæterisq́; metallis: olei inopia inſignis, hoc reges duntaxat unguenti loco utuntur. Et de Indis hactenus, nunc de Scythis, qui ſunt Indiæ contermini, dicendum.

Moneta papyracea in uſu.

De Scythia Scytharũq́; feris moribus. CAPVT IX.

Scythiæ appellatio.

Scythia regio ſeptẽtrionalis, à Scytha Herculis filio, ut tradit Herodotus, dicta: uel, ut Beroſus, à quodã alio ex Araxe priſca, quæ Noæ cõiunx fuit, genito indigena Scythiæ. Hi olim à primordio paruã patriã poßidebãt: poſtmodũ paulatim per uirtutẽ & uires aucti, quum regiones multas ſibi ſubdidiſſent, in magnum Imperiũ gloriãq́; peruenere. Ea primu natio iuxta Araxim flumen parua numero propter ignobilitatem contempta cõſedit: nacti regẽ quendam bellicoſum, & militari uirtute præcipuũ, agros ampliarũt. Mõtanos quidẽ uſq́; ad Caucaſum, cãpeſtres uerò uſq́; ad oceanum & Mæotida paludem, aliaq́; loca ad Tanaim uſq́; flumen, à quo Scythia ipſa longo tractu uerſus ortum protenſa Imao monte per medium uelut in duas Scythias diuiditur, quarum una Scythia intra Imaum montem dicitur, altera extra: ab alieno imperio aut intacti aut inuicti

Scythæ ſemper inuicti permanſerunt.

Scythæ ſemper mãſerunt. Darium Perſarũ regẽ turpi à Scythia ſubmouêre fuga. Cyrum cum omni exercitu trucidarunt. Alexandri magni ducem cum copijs uniuerſis deleuerũt. Romanorũ audiuere, nõ ſenſere arma: gẽs & laboribus & bellis aſpera, uires corporũ immẽſæ. Hæc inter ſe olim diſcreta nõ erat, utpote, quæ neq; agrũ coleret, neq; tectum ſedesúe haberet ullas: per ſolitudines & inculta uagabatur loca, armenta pecoraq; præ ſe agens: cõiuges & liberi plauſtris uehebãtur: legibus nullis obnoxia, iuſtitiã ſpõte colebat, nullum furto grauius in tota gente flagitiũ fuit, ut quæ non parietibus aut ſeptis armentũ circũdat, ſed in propatulo habeat. Nullius ipſi aut auri, aut argenti uſus. Lac & mel in cibatu frequens: contra frigora & rigores ferinis pellibus murinisq; corpora cõmunibat. Laneus uſus ac ueſtiũ ignotus genti. Erat is ſanè uiuendi ritus freqũes Scythis, ſed nõ omnibus: plæriq; eorũ, ut loco plurimum diſtãtes, ſic ab inuicem uita diuerſi, ueluti peculiares inter ſe fouebant mores, de quibus poſteà dicemus, ubi adhuc communes quoſdam dixerimus. Gaudent Scytharum plures humana cæde: quem primum uirum in bello uir Scytha cœperit, eius ſanguinem potat, quoſcũq; in prælio interemerit, eorum capita regi offert: nam capite ablato fit prædæ, quamcũq; ceperit particeps, alioquin expers: caput hoc modo præcidit, in orbem illud amputat circa aures, uerticeq; ſumpto excutit, deinde pellem detrahit, & ubi, ſicut bouis corium, manibus molliuit, tanquàm mantile poßidet, eaq; ad habenas equi ſui appenſa gloriatur: qualia mãtilia ut quiſq; plurima habet, ita uir præſtantißimus iudicatur. Multi etiã ſunt, qui coria hæc huma-

Homicidio ſcythæ gaudent.

Humana coria pro amiculis concinnantur.

na, tanquàm brutorum, conſuunt, quibus pro amiculis induantur. Cæſorũ hoſtiũ manus dextras cum unguibus excoriãt quidã, atq; cũ ijs pharetrarũ opercula obducunt. Nonnulli totos homines excoriant, & coria ſuper ligna extẽta ſupra equos circũferunt. Capita dicto modo exciſa exterius crudo bouis corio ſuperducunt, interius inaurãt etiã, qui ditiores ſunt, & pro poculis utuntur: hoſpitibus, q ad eos ueniũt, uiri alicuius exiſtimationis exhibẽt, referũtq; illos à ſe eſſe ſuperatos, id ſtrenuitatis loco ponẽtes. Semel quotannis ſinguli regionũ principes uinum crateri miſcẽt, de quo Scythæ oẽs hoſtium homicidæ bibunt, nemo guſtat, qui nihil præclari operis ediderit, ſed ſine honore ſeorſum ſedet, q̃ res apud eos maximæ eſt ignominiæ, qui uerò complures cædes fecerunt, hi duobus pariter, quos habent, calicibus potant. Deos hos ſolũ propiciãtur & colũt, ueſtã ante omnes, deinde Iouẽ ac tellurẽ, exiſtimantes Tellurem Iouis coniugem eſſe: poſt hos Apollinem, & cœleſtem Venerem, Martem & Herculem: nulli tamen ex ijs ſimulachra, aras & delubra facienda putant præterquàm Marti, cui ex captiuis centeſimum quenq; immolant, cæteris tum alia pecora, tũ præcipue equos, ſues pro nihilo putant, quos nec alere omnino in ſua regione uolunt. Rex in quos morte animaduertit, eorum ne liberos quidẽ relinquit, ſed uniuerſos mares interficit, fœminis nihil læſis. Fœdera cum quibuſcunq; ineunt Scythæ, hoc modo: infuſo in grãdem calicem fictilem uino, commiſcent eorum ſanguinem, qui fœdus feriunt percutiẽtes cultello, aut incidentes gladio aliquantulum corporis, deinde in calice tingunt: acinacem, ſagittas, ſecurim, iaculum, hæc

Oſſa capitis humãi ſcythis pocula præbent.

Dij Scytharũ & religio.

Ineũdi fœderis forma apud Scythas.

ubi fecerunt, ſeſe multis uerbis deuouent, poſteà uinum epotant nõ modo hi, qui fœdus fecerũt, ſed etiã comites hi, qui ſunt maximæ dignitatis. Regum ſepulchra apud Gerros ſunt, ubi Boryſthenes iam nauigabilis eſt. Ibi quum rex eorum deceßit ingentem ſcrobem effodiunt, forma quadrata dehinc mortuũ accipiũt, corpore incærato, aluo euulſa atq; expurgata, quã ſilere contuſo & thymiamate apiiq; ſemine & aniſi quũ expleuerũt, reſuũt rurſus, impoſitũq; plauſtro cadauer ad aliã gentem ferunt, quod qui excipiunt, eadem agunt. Sed regij Scythæ aurem decidunt, crinem circumtondent brachia circumcidunt, frontem naſumq; conſauciant, ſiniſtrã manũ ſagittis traijciunt: poſtmodo cadauer ad aliam gentem, cui imperitant, ferunt, quæ ipſos comitatur ad eos unde primũ uenerãt, ubi iam mortuũ circũferentes ſingulas gẽtes luſtrauerũt, quibus imperitauit, apud eos deponũt qui in extremis habitãt & in ſepulchris, ij poſtquàm illum ſuper thorum in loculo conſtituere, haſtis hinc atq; illinc defixis, deſuper ligna diſponunt atq; pallio contegunt: deinde ubi in reliqua loculi ſpacioſitate pellicum una omniũ chariſſima, miniſter unus, coquus, agaſo, uiator, pincerna, equus, ſtrangulati ſunt, cum aureis phialis, aliarumq; rerum omnium primitijs conſepeliunt: circumacto anno hoc iterum agunt, è famulis regis intimos ſumunt. Sunt autem famuli regum ingenui Scythæ, & quos ipſe rex iuſſerit, nam nullus uenalitius Regi miniſtrat: horũ miniſtrorũ quinquaginta ubi ſtrãgulauerũt, ac totidem præſtantißimos equos, eductis inteſtinis palleisq; rurſus diſtẽtis atq; cõſutis: per ambitũ regij ſepulchri fornicato opere equos & ſuper eos famulos inſi-

Pompa i regio funere.

Regij Scythæ.

Cum rege intimi famuli ſepeliuntur quinquaginta.

dentes erigunt, ac ita ſtatuũt,ut procul aſpicienti equitatus ſpeciem,defunctum regem cuſtodientis præbeãt

Priuatorũ ſcitharũ humatio

Et talis regũ humatio eſt,et ſepultura.Habent et priuati morem quẽdam in ſepeliendo,nam ubi quis deceſſerit, proximi quiq; in plauſtrum collocatum ad amicos circũferunt,eos ſinguli amicorum excipiẽtes,epulum præbent,tam propinquis,quàm cæteris cadauer comitantibus,ad hunc modũ quadraginta diebus circũactum, dehinc humatur,capite prius exinanito,atq; abluto: ſupra corpus tria ligna ſtatuunt mutuo inclinata, circa quæ prætendunt lanea pilea, quàmmaxime poſſunt cõſtipantes,& in ſcaphã in medio lignorũ pileorumq; poſitam lapides conijciunt ex igne perſpicuos.Viri Scythæ non

Lauãdi mirabilis ritus.

lauantur,ſed uxores eorũ infundentes aquam, corpora ad lapidem aliquem ſcabrũ conterunt,cypreſſo, cedro, aut thuris ligno,deinde perfrictum corpus, quum intumuerit,illud,faciẽq; medicamẽtis oblinũt.Id eas ſimul bñ olentes facit,ac poſtero die medicamentis amotis mundas & ſplendidas.Iurandi iuſiurandumq; interponendi ipſis per regium ſolium mos eſt;quo ſi quis periuraſſe à diuinatoribus,qui hoc ſalignis uirgis experiũtur,cõuincitur,ſine mora capitis pœnam ſubit, atq; facultates omnes amittit,quas accipiũt qui illũ periuraſſe probauerunt.Maſſagethæ populi Scythiæ in Aſia ultra mare

Maſſagethę & mores eorum.

Caſpium ueſtitu & uictu Scythis perquàm ſimiles, quo fit,ut Scythæ à plæriſq; credantur,ex equis pugnant & pedibus:utroq; pugnæ genere penè inuicti:ſagittis, haſta,ſangari (ſic enim ferrum quo uulgò accincti ſunt dicitur) auro in baltheis & capitis ac axillarum ornatu utuntur:aureos thoraces equorum pectoribus induunt.

cunt. Ex auro fræna & phaleras cõficiunt: æreas cuſpi des haſtis præfigũt, ære pharetras muniunt. Ferri & ar genti nullus apud eos uſus. Singuli uxorẽ ducunt, eáq; cõ muniter utuntur, idq; Scytharũ ſoli faciũt, ſi Scythæ ha bendi ſunt. Quoties aliquis mulieris libidine capitur, ſu ſpenſa ad plauſtrum pharetra cum ea ſine pudore con cumbit. Terminus uitæ nullus genti præfinitus, ubi quis admodum conſenuit, eum propinqui & neceſſarij in unum coëuntes cum ouibus aliquot immolant, & car nibus pro epulo, ubi decoxerunt, indifferenter uescun tur, quod genus obitus apud eos beatiſſimũ habetur, lan guore extinctos non edunt, ſed terra operiunt, loco dã ni putantes, quòd ad immolationem non uenerunt. Nihil omnino ſerũt, pecoribus uictitãt, & piſcibus, quos Ara xes abundè ſuppeditat: lac plurimũ potant. Ex dijs unũ Solẽ uenerantur, cui equos immolãt, ut perniciſſimo ſy deri è pecoribus omnibus perniciſſimũ mactẽt. Seres mi tes inter ſe & quietiſſimi oĩm, mortaliũ cœtus fugiunt, adeò ut cæterarum gentiũ commercia abnuant: primum eorum fluuiũ mercatores tranſeunt, in cuius ripis nullo inter partes cõmercio, ſed diſpoſito rerũ precio: oculis æſtimantibus, ſua tradunt, non emunt noſtra, apud illos neq; meretrix neq; adultera, neq; fur ad iudiciũ deduci tur, neq; occiſus homo fertur ibi aliquando: ſed eſt apud eos legũ ſuarũ metus uehementior, quàm geneſis cõſtel latio. In initio orbis terræ habitãt, quia caſte uiuãt, nec ærugine, nec grãdine, aut peſtilentia cæteriſúe malis af fliguntur. Fœmina poſtquã cõceperit à nemine petitur, neq; quũ purgatur: carnibus immũdis nemo ueſcitur, ſa crificia nulla nouit, ſecũdum iuſtitiã omnes ſibi ipſis iu

Seres omnium quietiſſimi ſanctiſſimiq;.

Nullis calamitatibus affligũtur Seres.

dices fiunt. Ideò non caſtigantur huiuſmodi plagis, quæ pro peccatis accidere ſolēt, ſed plurimū temporis perdurantes, abſq; ægritudine uitam finiūt. Tauroſcythæ à monte Tauro circa quē habitant. Virgini naufragos immolant, & quoſcunq; Græcos illuc delatos, hoc modo, poſtquàm p̄ces peregerint hominis caput claua feriunt, truncum eius quidā aiunt perturbari è rupe. Nam in rupe prærupta templum eſt eorū ſitum, cruci adfigūt caput, quidam de capite ſuffigiendo conſentiunt, ſed truncum è præcipitio deijci negant, ſed humo cōtegi dicūt. Dæmonem, cui immolāt, aiunt eſſe Iphigeniā Agamemnonis filiam. In hoſtes, quos ceperint, hoc agūt: amputatum quiſq; hoſtis caput domū portat, & fuſti ſuffixum, admodum ſublime ſupra tecta ſtatuit, & plærūq; ſupra fumarium. Ideo in ſublimi locātes, quòd dicāt eos totius domus eſſe cuſtodes. Viuunt aūt è rapto & ex bello. At Agathirſi excultiſſimi uiri ſunt, & aurum plærūq; geſtantes. in cōmune cū mulieribus coēunt, ut inter ſe germani ſint ac domeſtici omnes: nihil neq; liuoribus, neq; ſimultatibus mutuo exercētes: cæterū ad Thracū ſimilitudinem accedentes. Neuri Scythicis utuntur moribus, qui una ante Darij expeditionem æſtate, coacti fuerāt, propter ſerpentiū multitudinē, in ipſorū ſolo procreatam, terram mutare. ſibi perſuadēt, deierantes ſe quotānis ad dies aliquot lupos fieri, & rurſus in priſtinū habitum & formā redire. Anthropophagi, id eſt, hūanæ carnis comeſtores, agreſtiſſimos oīm hominū mores habent, nō iudicijs, non legibus ullis utentes, rem pecuariā exercent: ueſtem Scythicæ ſimilem geſtant. linguā propriam habēt. Melanchleni omnes indumenta nigra ge-

Græcos Tauroſcythæ Iphigeniæ immolant.

Hoſtiū capita ſupra domorū tecta figuntur.

Neuri quotannis dies aliquot lupi fiunt.

ἀνθρωποφάγοι oīm hoīm agreſtiſſimi.

Melāchleni nigra oēs idumēta gerunt.

runt,unde & cògnomentũ habent,qui ſoli ex his huma na carne ueſcũtur,inſtitutis Scythicis utẽtes. Budini in gens natio atq; numeroſa,cæſijs oculis omnis ac rufa.Ge lonus urbs,à qua & Geloni dicũtur,gentis caput eſt. Li bero Trieterica,id eſt,triẽnalia agunt,& Bacchanalia exercent. Græci quondam fuere,ſed ſummoti,ibi conſe derunt.Lingua adhuc partim Scythica, partim Græca utentes.Sunt tamen Budini à Gelonis,& lingua,& uita diſpares.Nam quũ indigenæ ſint, pecuariæ operã dãt, ſoliq; eius regionis pedũculos edũt.Geloni agriculturæ operam dantes,frumento uictitant,& hortos poßident, nihil illis neq; aſpectu,neq; colore ſimiles: horum regio omnis eſt arboribus frequens ex lacu,qui ibi etiã ingens eſt,& multus,Lutrias capiũt,caſtores,aliasq; multas fe ras,ex quarũ pellibus renones faciũt:atq; induunt,Lyr cæ è uenatione uictitãt,hoc modo,conſcenſis arboribus, quæ & per omnem eorum regionẽ frequẽtes ſunt,feris inſidiantur,ſingulis adeſt canis & item equus in uẽtrem cubare edoctus humilius ſubſidẽdi gratia,ubi quis ab ar bore feram uiderit,ſagittaq; percuſſerit,conſcenſo equo illam perſequitur,comitante cane.Argyppæi ſub excel ſorũ montiũ radicibus incolunt,homines,qui ab ipſo na tali calui ſunt,mares pariter,& fœminæ:ſimis quoq; na ribus,& ingenti mento,proprio quodam oris ſono.Scy thicam geſtantes ueſtem,ex arboribus uictitantes,rei pe cuariæ haud ſtudent: unde ei pecorũ non multũ eſt,ſub arbore quiſq; cubat: per hyemem quidem ubi arborem pileo albo firmoq; cõtexerint,per æſtatẽ uerò ſine hoc pileo,his nemo mortaliũ iniuriã infert.Sacri enim dicũ tur eſſe,nihil martiũ armorum poßidẽt.Idẽ finitimorum

Budini pediculos præmordẽt

Geloni.

Lyrcæ e venatu victitant.

Argyppæi natura calui.

Homines opinione sacri.

Iſſedones parẽtes defunctos comedunt.

controuerſias dirimunt, ad quos quiſq; confugit, is à nemine læditur. Iſſedones talibus moribus uti ferũtur, quoties pater alicui deceßit, omnes eius propinqui pecora adducunt, quæ ubi mactauerũt, cõciderunt'q;, concidunt & mortuum patrem illius, à quo in conuiuiũ adcipiuntur, commixtis'q; omnibus carnibus conuiuiũ exhibent.

Anniuerſariæ parentationes.

Caput tum defuncti denudatũ purgatũq; inaurãt, eo'q; pro ſimulachro utuntur: agentes illi quotannis maiores hoſtias cæremonias'q;: hæc filius patri, pater filio facit, quemadmodum Græci natalicia. dicuntur prætereà & iſti, iuſti eſſe: & ipſarum uxores peræque fortes ac uiri. & tales olim fuere Scytharũ mores. à Tartaris poſteà ſubacti, & illorum uiuendi inſtituta complexi, Tartarorum more uiuunt, Tartari'q; uno nomine uocantur.

De Tartaria, gentis'q; Tartarorum moribus & potentia. CAPVT X.

Tartariæ ſitus & termini.

Tartaria, quæ & Mõgal dicitur, ut Vincẽtius ſcribit, in ea terræ parte ſita eſt, ubi oriẽs Aquiloni coniungitur, ab oriente Katheorum ac Solãgorum terram habuit, à meridie Sarracenorum, ab occidẽte Naymanorum, ab aquilone oceano circũdata.

Tartariæ appellatio.

Tartaria à fluuio Tartar, qui per eã currit appellata. Regio plurimũ mõtoſa, ubi campeſtris eſt, admixta glarea harenoſa eſt, ſterilis niſi aquis fluuialibus, quæ tamẽ rarißimæ ſunt, irrigetur: & ob hanc etiã cauſſam multũ deſerta & infrequens eſt. ciuitates in ea nullæ, nullæ uillæ, præter unã,

Boũ & equorum ſtercore ignes fouentur.

quæ Cracuris dicitur. lignis in plæriſq; locis adeò ĩops, ut arido boũ et equorũ ſtercore ĩcolæ ipſi ignes fouere

atq; cibaria decoquere cogantur. Aër *& cœlũ intẽpe-ratũ & mirificũ tonitrua et fulgura in æſtate adeò hor-rẽda ut præ timore homines intereãt, iam calor magnus eſt, mox frigus & denſißimæ niues cadunt; uentorũ fre-quenter tam ualidi flatus ut equitantes detineant, & ad terram homines deijciant, arbores radicitus euertãt, & multa damna inferant.* In *hyeme ibi nunquã pluit, in æſta te frequẽter, ſed adeò parce utuix terra madefiat.* Regio *alioquin omniũ animaliũ diues in camelis, bobus &c.* Iu-*menta & equos in tanta copia & multitudine, quantam nõ credimus reliquũ mundi habere; à quatuor ab initio populis habitabatur, unus* Iecchamongal, *id eſt, magni mongali dicebantur. Secundus ſumongal, id eſt, aquatici mongali.* Et *illi ſeſe etiam à* Tartar *fluuio iuxta quẽ habi tabant* Tartaros *appellabant.* Tertius Merchat *uocaba-tur.* Quartus Metrit. *Omnes unam corporis formã, unã linguam habebant.* Ferus *ab initio cultus, ſine moribus, ſine lege, ſine ullo uitæ cultu, armenta paſcere, obſcuri nominis inter* Scythas, *finitimorum uectigales; mox gẽs ipſa in plures uelut tribus diuiſa eſt, cœpitq; ſub duci-bus agitare, penes quos erat totius rei ſumma: pẽdere ta-men nihilominus* Naymanis *uicinis accolis tributũ.* Quũ Cãguiſta *oraculo quodã primus eſt* Rex *ab ijs creatus,* Is *recepto* Imperio *primũ omniũ malorum dæmonũ cul tum abrogauit; edictoq; præcepit, ut tota gens deũ op-timũ maximũ coleret, cuius prouidẽtia regnũ credi uo-luit à ſe receptũ: edictũ eſt deinde, ut quicũq; per ætatẽ arma ferre poſſent, ad certum diẽ regi præſto adeſſent.* Eſtq; *militaris multitudo in hunc modũ diſtributa, ut de-curiones cẽturionibus parerent, cẽturiones chiliarchis,*

Tartaria pecorum diues.

Quatuor Tartariæ populi.

Vetuſtiores tartarorũ mores.

Canguiſta primus Tartarorum rex.

Militiæ ordinatio.

chilarchi miriadum præfectis. Inde ad periclitandas Imperij uires ſeptem principum (ex ijs, qui uniuerſæ genti ante cōſtitutum regnum præfuerant) filios parentū manu iuſsit interfici, faceſſunt illi Imperium: etſi acerbū et atrox, cū multitudinis metu, tum religionis adacti: credere enim uulgò cœli numen eiuſmodi regni initijs interfuiſſe, non regem, ſed deum ipſum uiolari arbitrantes ſi illius dicto minus obtemperaſſent. His fretus opibus Cāguiſta primum finitimos Scythas bello ſubegit, ſubiectos uectigales fecit, & cum his eos, quibus ipſi ad id tēpus tributum pependerant. Inde remotiores populos aggreſſus tam proſpere, tamq; feliciter à Scythia ad ſolis uſq; ortū, & ab ortu ſolis ad mediterraneū mare, & ultra, armis ſuis oīa regna, gentes, & nationes ſubegit, ut merito iam ſe totius orientis dominum & Imperatorem ſcribat. Sunt autem Tartari omnium hominum deformiſsimi corpore, ut plurimum, parui, oculos habent groſſos & prominētes, multū coopertos palpebris, ita ut ualde parua eſt apertura in eis: latas habēt facies & imberbes excepto quòd in ſuperiori labro, & mento raros habeant pileos & uolatiles: graciles ſunt in medio cōmuniter omnes: radunt caput per uerticem ab aure una ad aliam in occipitiū ita ut raſura illa barbati formam prætēdat, capillos in reliqua parte quemadmodū mulieres noſtræ lōgos nutriunt, de quibus duas tricas ſiue cordas faciūt, et utrāq; retro aures colligunt: quo more nō Tartari ſolū raduntur, ſed quæcunq; gentes eis cōmorantur. Ipſi porrò leues ſunt & agiles, boni equites, pedites mali, nullus pedes uadit, omnes & minimi etiam aut equis aut bobus inſident quocunq; ſit eundum: equitant etiam mulieres,

Tartarorū corporis forma.

Equis Tartari munia omnia obeunt.

equis utuntur caſtratis, & qui nõ feriunt: fræna plurimo auro, plurimo argento & gemmis exculta ſunt: campanulas admodum reſonantes ex equi collo pẽdentes geſtare glorioſum. Sermone horrido ſunt & clamoroſo cãtantes luporũ more ululant: caput quatiũt qñ bibũt: bibunt aũt quàm ſæpiſſime & ad ebrietatem, quæ apud eos gloria eſt. Non in uillis aut urbibus, ſed in cãpo ueterum Scytharum ritu ſub tabernaculis habitant: paſtores enim ſunt plæriq; oẽs. In hyeme manere in planitie ſolent, in æſtate uerò paſcuarum ubertatem ſectantes in montibus degunt. Stationes in tentorij modũ aut ex uirgultis contexũt, aut filtro leuigatis lignis ſuſtẽco: in medio rotundam feneſtram faciunt, quæ lucem præbeat, et fumus emittat: ignem in medio habẽt, iuxta quem liberi & uxores uerſantur. Sagittationibus luctationibusq; uiri gaudent: uenatores mirabiles ſunt: cataphracti ad uenandum pergunt, feram conſpiciẽtes corona circũſtãt, & tunc ſagittis quas quiſq; in illam miſit præpeditã capiunt. Panem non habẽt, nec pinſunt: mappis non utuntur, non mãtilibus. Vnum deum credunt, & ipſum omnium eſſe tam uiſibilium quàm inuiſibilium factorẽ: nõ tamen aliqua cæremonia, aut ritu colunt, ſed potius idola quædã de filtro aut ſerico ad hominis formã effigiata: ex utraq; tẽtorij parte cõſtituentes pecorum ſuorũ cuſtodes eſſe precãtur: atq; plurimum reuerentiæ exhibent: his primũ lac omnis iumẽti ac pecoris offerũt: & antequã quicquã uel bibere, uel comedere incipiũt, partem apponunt: quodcũq; animal ad eſum mactant illius cor ĩ ſcypho per integrã noctẽ appoſitũ mane coquũt & comedũt. Venerãtur ẽt et ſacra faciũt Soli, lunæ, &

Habitatio tartarorum.

Venãdi ritus.

Religio Tartarorum.

Chaam regem filium Dei credentes Tartari adorant.

quatuor elementis. Chaam præterea regem & dominum ſuum filium dei exiſtimantes, religioſiſsimè adorant, ſacrificant, & tantũ illi tribuũt, ut digniorem in toto mũdo non eſſe credant, nec aliquem alium nominare patiũtur. Cæteros homines adeò hæc gẽs cõtemnit, & ſe prudentia & bonitate excellere putat, ut alloq faſtidiat & à ſe explodat. Papã Chriſtianosq; cunctos canes appellant, & idolatras, quòd lapides & ligna adorẽt. Ipſi maleficis artibus intenti: ſomnia obſeruãt, Magos habent, qui ea ipſis interpretentur, & ab idolis reſponſa petãt, & accipiant. Deum enim cum illis loqui perſuaſum habent, & propterea ex oraculo uniuerſa faciũt. Tempus & præſertim lunationes obſeruant: nullum tamen præ alio aut ſingulari feſtiuitate aut abſtinẽtia colũt, æqualiter omne habent.

Auaritia Tartarorum inſatianda.

Tantæ auaritiæ & cupiditatis ſunt, ut ubi quiſpiam aliquid uiderit quod habere deſyderat, ſi illo potiri cum uoluntate poſſeſſoris non poſsit, dummodo Tartari non ſit, ui rapit: ex præcepto & inſtituto regũ licere arbitrãtes. Quum tale mandatum à Canguiſta Chaamq; primis regibus habeant, quòd quincunq; Tartarus aut etiam Tartari ſeruus equum, hominẽ, ſiue uirum, ſiue mulierem, in uia repererit literas aut conductum regiũ nõ habentem eum ſibi uendicet, & pro ſuo, perpetuo utatur. Pecunias indigentibus cõmutant, ſed

Vſurarij Tartari.

pro grãdi & intolerabili uſura, unum denarium de decem ſingulis menſibus accipiẽtes, & de uſura uſuram, ſi dilata fuerit. Tributarios ſuos tantis tributis, tantis exactionibus moleſtant, & aggrauãt, quãtis nullæ aliæ gentes unquã ſuos exercuiſſe legũtur: ĩcredibile relatu eſt: cupiũt ſemper, & ut dñi oĩm extorquẽt, nihil retribuũt.

Mendicantibus eleemoſynam etiam denegāt. in hoc lau dantur quòd prandio aut cœnæ ſuperuenientes uolentes comedere non excludunt aut repellunt, ſed inuitant, & quibus ueſcuntur miſericorditer cōmunicant. Victus autem immundiſsimi ſunt, utpotè qui menſas, ut dictum eſt, mantilibus non operiāt, manutergijs non utantur, quum manus non lauēt, non corpus non ueſtimenta: panē neq; edant, neq; conficiant: olera nō edāt, non legumina, ſed tantūmodo oīm animātiū carnes. Canū etiā et cattorū, equorū ac grandiuſculorū muriū. Captorū inimicorum corpora, ad crudelitatem ſuā oſtentandā, & uindicandi deſyderiū, ad ignē quandoq; aſſant, & ubi plurimi comeſturi conuenere, dentibus (luporū ad inſtar) dilaniant, atq; abſumunt: eorū ſanguinem etiam ad hoc prius collectum cratheris infuſum epotāt, Lac iumētinū aliâs ipſis potus eſt. Vinū apud eos non naſcitur, aduectū, ſicut cæteri homines, auidiſsime bibunt, alter alterius pedūculos comedunt de capite uel aliunde extrahētes, & dicūt, ſic inimicis noſtris faciam. Scelus magnū habetur ſi cibi aliquid aut potus perire pmittitur. Ideoq; oſſa, niſi medulla prius excepta ſit, canibus nequaquā proijciūt. Nullū animal ex nimia tenacitate comedunt & abſumunt integrū & ſanū, ſed quādo mutilatum fuerit, cœperitq; iam aut ſenectute, aut aliqua alia pernitie lāgueſcere. Multum frugales ſunt & in paucis minimiſq; contenti, bibūt mane unū uel duos ſcyphos lactis, & interdum toto die aliud nihil bibunt aut comedunt. Veſtitu tam uiri quàm mulieres ferè uno induuntur, uiri mitris caput obtegūt nō multū profundis, obtuſis antè, retrò caudatis unius palmi longitudine, pari latitudine, quæ ut capiti adhæ-

Crudelitas tartarorū īſignis.

Veſtitus Tartarorum.

reant, & ne à uēto quidem deturbentur, iuxta aures in
ſutas faſcias habent, quibus ſub mēto cōnectantur. Fœmi
næ coniugatæ caniſtro quodã rotundo teguntur unius
pedis & ſemis longitudine, in ſummitate inſtar dolij pla
no, diuerſicolori ſerico aut pictis pauonũ plumis circũ
ornato, gēmis ad hæc & plurimo auro, cætero corpo
re, ut quæq; diues eſt, ita ueſtiuntur: potentiores purpu
ra, & ſerico: quemadmodum earum uiri. Tunicas por
tant miro modo formatas, fiſſura earum in ſiniſtro late
re, à quo induuntur & exuuntur, nodulos quatuor aut
quinq; habet, quibus clauditur: ueſtimēta quæ in æſtate
gerunt, nigra ſunt cōmuniter omnia, quæ in hyeme plu
uioſisq; temporibus alba, infra genua non deſcendunt,
pelliceis ueſtibus, quibus maxime utuntur pilos nō oc
cultant & carni applicãt, ut nos, ſed corium, pilos pro
pter decorem uidendos præbent. Virgines à non cōiu
gatis ac illæ à uiris diſcerni facile nequeũt, quòd ĩdiſcre
to ferè omnes à uiris & habitu & geſtu ſint. Fœmora
libus æquè oēs utũtur. Bellũ inituri brachia quæ nuda
habent, quidam ferreis laminis circundant, corrigijs qui
buſdam concatenatis, quidam multiplicato corio, quo
etiam caput obmuniunt. Scutis uti neſciunt, pauci quoq;
lanceis & lõgioribus gladijs. Enſes habent, brachiali lõ
gitudine ab una parte faſtigatos, quibus pugnãtes à la
tere percutiunt. Equites ſunt agiles ſagittandiq; ſciētiſſi
mi. Is omnium fortiſſimus cenſetur, qui & imperij obſer
uantiſſimus eſt: ſine ſtipēdio militant, gens in prælijs &
rebus gerendis ſolers, & ad omnia momenta rerum im
periumq; obeundum præſto. Duces & principes bellũ
nō intrant, ſed procul ſtantes, ſuos adclamant, hortan

Vnus pene uirorum & mulierũ habitus.

Bellica Tartarorum arma.

turq́;: & quid facto opus ſit diligenter proſpiciunt: libe
ros, uxores, & aliquando hominum imagines equis im-
poſitas exercitui addunt, ut maior, ac hoſti terribilior
magis appareat. Nec fuga turpis, ſi conducibilis ſit, aut
neceſſaria. Sagittaturi dextrum brachium ab armatura exuunt: & tanta ui poſtmodũ ſagittas excutiunt, ut nul
lum armorum genus ſit illis non penetrabile. Turmatim
pugnam capeſſunt, turmatim fugiunt uulnifico ſagitta-
rum iactu ſequentem à tergo hoſtem conficientes. Inde
pugnantium paucitatem conſpicati ſubito in pugnam re
deunt homines equosq́; ſagittantes uulnerãt, ac tum ma
xime uincunt quum uicti creduntur. Quum regionẽ ali-
quam inuadere ueniunt diuiſo exercitu ab omni parte
inuadũt ut eis occurri non poſſit, ac nemo incolarũ effu
gere, ita uictoriam ſemper in manibus habent. Illa ſuper
biſſime utũtur capto nulli parcentes, non pueris, nõ mu-
lieribus, non ſenibus, omnes promiſcue occidunt, præter
artifices, quos ad opera ſua reſeruãt: occidẽdos per cẽ-
turiones diuidũt, ſeruo cuiq; ad interficiẽdos decem, plu
res, uel pauciores: prout numerus fert, aſſignantes, qui-
bus omnibus bipenni, ut ſues, mactatis, cæteris in terro-
rem hoc agunt: quemq; milleſimum accipiunt, & capite
subuerſo, pedibus ad ſtipitẽ in medio cæſorũ erectũ ita
ſuſpẽdunt, ut ſuos adhuc admonere & audire uideatur:
pleriq; ad iacentum corpora ipſa procedentes è recẽti
bus uulneribus emanãtẽ ſanguinẽ ore excipiũt & ingur
gitãt. Nemini quãtũcũq; etiã ſe obligauerint ſeruãt fidẽ,
quin in deditos eo modo, & multo grauius ſæuiãt. Iuuẽ-
culas mulieres in quam quiſq; incidit & quãcunq; uult
ſuprari licet: abducuntur quæ liberalioris formæ ſunt,

Stratagema tartarorum.

Crudelitas tartarorũ ferina.

atq; in extrema omnium rerum penuria ſeruire perpetuo coguntur. Incontinentiſſimi enim omnium hominum Tartari ſunt: nam licet uxores ducant quotquot uolunt & ſuſtentare poſſunt, nullusq;(excepta ſolummodo matre filia & ſorore) ipſis aut conſanguinitatis aut affinitatis gradus ad matrimonium contrahendum obſtet, Sodomitici tamen ultra modum ſunt: ſe non minus, quàm Sarraceni indifferenter & impune cum maſculis pecudibusq; commiſcentes. Mulierem quam ſibi coniungunt pro uxore non habent, nec dotem accipiunt, donec pepererit: unde ſterilẽ repudiare poſſunt, & aliam ſuperducere. Hoc mirum eſt, quòd licet mulieres multæ uirum unum habeant, propter illum inter ſe non facile rixẽtur, cum tamen una alijs præferri ſoleat, atq; iam cum illa, mox cum alia dormire: unaquæq; autem ſuam ſtationem habet, unaquæq; ſuam familiam: caſtiſſime uiuunt, nam in adulterio deprehenſi tam uir quàm mulier lege ipſa occiduntur. A re bellica feriati uiri pecora in paſcua ducunt, & cuſtodiunt, uenanturq;, & ſe luctando exercẽt, aliud nihil agunt, mulieribus omnia cõmittunt: his curæ eſt & quæ ſunt uictui & quæ amictui neceſſaria pcurare. Gens ipſa multas ſuperſtitiones obſeruat, cultellum in ignem mittere, uel eo ſaltem attingere: carnes item ex olla cultello extrahere magnum nephas eſt: nihil etiam iuxta ignem ſecuri ſecant, ne quocũq; modo lædant, quem alias religioſe uenerãtur, & à quo omnia purificari debere perſuaſum habẽt. Flagello quo equus impellitur, calcaribus enim nõ utũtur, corpus aut brachia quietis gratia ſupraponere, aut flagello ſagittas tãgere maxime deuitant. Iuuenes aues non ſolum nõ occi

Sodomitici tartari & Sarraceni.

In adulterio deprehẽſi lege occiduntur.

dunt,ſed nec capiunt quidem. Fræno equum non uerbe-
rant. Os oſſe alio non frangunt. Cibũ ac potum, præſer
tim lac nemo profundit. In ſtatiõibus nemo mingit: quod
ſi obſtinate aliquis faceret, abſq; miſericordia occidere
tur. Si autem neceßitas cogat, ut ſæpius fit, tentorium in
quo factum eſt, & omnia que in eo continentur purga-
ri debent, tali modo: duos ignes, tres paſſus abinuicẽ di-
ſtãtes faciũt, intra quos haſtas duas infigũt, iuxta quẽq;
ignem unã ſtatuẽtes: deinde cordula ab una ad aliã du-
cta, ac buccarãno intecta per mediũ illarum, ceu per ia-
nuã, quæcũq; purificanda ſunt traducunt: mulieres duæ,
quarũ hoc ĩtereſt, in alia parte ſtãt, hinc atq; hinc una,
aquã inſpergentes, ac carmina quædã ſubmurmurantes.
In conſpectũ regis nullus aduena, cuiuſcunq; dignitatis
exiſtat, & quãtacũq; agere habeat admittitur, niſi pur
gatus prius. Qui limẽ tentorij in quo Imperator aut du-
cum aliquis moratur pedibus calcat, in ipſo ueſtigio in-
terficitur. Prætereà ſi aliquis morſum fecerit, quem de-
glutire non poßit, cogereturq; eundem euomere, accur
runt ilico omnes, & foramẽ ſub ſtatione faciũt, per qđ
extractum crudeliter necant. Multa alia ſunt, quæ pro
inexpiabilibus peccatis habẽt. aſt hominẽ occidere, alio-
rum terrã inuadere, res & bona aliorũ contra ius faſq;
diripere, dei præcepta negligere, pro paruo aut nihilo
ducunt. In mundo quodã alio, quem tamẽ deſcribere non
poſſunt, ſe poſt hanc uitã æternaliter uicturos credunt,
& meritorũ ſuorũ cõdigna præmia percepturos. Quũ
quiſpiã infirmari cœperit, & morti iã uicinus eſſe, ha-
ſtam unã cum nigro pãno tabernaculo, in quo decũbit,
præfigunt, ut ab ingreſſu prætereuntem auertat. Nemo

Purgandi per ignes ratio.

Limen regij tẽtorij calcãs interficitur.

Aeternã vitam Tartari credũt

enim hoc cõſpectõ inuocatus ĩtrare audet. Poſtquàm ue
rò defunctus eſt, omnis illius familia conuenit, & funu
extra tentoriũ in locũ aliquem anteà delectum clã por
tant, & fouea lata profundaq; ſatis facta, tẽtoriolũ in
ea erigũt, mẽſam ferculis inſtruunt: atq; defuncti corpu
prius præcioſiſſimo habitu ueſtitũ ad eam applicantes,
unà omnes terra obruunt. Sepelitur etiã cum eo iumen
tum unum, & equus phaleratus unus. Potentiores in u
ta ſeruum unũ eligunt, atq; cauterio ſuo inuſtũ ſecũ tu
mulari faciunt: & hoc ideo, ut in alio mundo his utan
tur. Dehinc amici alium equũ accipiũt, & mactant, car
nes comedunt, cutem fœno repletã, atq; reſutã quatuor
palis ſupra ſepulchrũ in defuncti ſignũ erigunt. Oſſa in
animæ expiationem mulieres comburunt. Cum cute po
tentiores aliud agunt, in tenuiſſima lora illam diſcindũt,
atq; his extẽſis per ſepulchri circuitũ terrã demetiũtur.
tantũ nanq; in alio orbe defunctum ſortiri credũt, quã
tum hic ab amicis illi hoc corio admenſum fuerit: Trice
ſimo die luctũ finiunt. Quidã Tartarorũ Chriſtiani no
minis, ſed peſſimi, parentes iam ſenio confectos, ut citius
moriãtur multa pinguedine diu obeſcant, & inde defun
ctos comburunt, puluerem diligẽter collectũ, quaſi præ
cioſum aliquid obſeruant, illo cibaria ſua quotidie con
diẽtes. Qua aũt pompa, qua feſtiuitate Tartari poſt re
gis obitum alium illi ſubſtituant, quoniam nedum ſcribe
re, ſed legere fortè tedioſum, paucis abſoluam. In locum
in campis aptum ad hocq; conſuetũ Principes duces ba
rones & omnis populus totius regni cõueniunt, tũ eũ
cui regnum aut ex ſucceſſione, aut electione debetur in
thronũ aureum collocãt, atq; procidẽtes unanimi uoce,

Sepeliẽdi Tartarorum ritus.

Chriſtiani nois Tartari parentes necant.

Mos in regis creatione memorandus.

& excelſa omnes in hunc modum acclamāt: Rogamus, uolumus etiā, & præcipimus ut domineris nobis. Reſpōdet ille: Si hoc à me uultis, neceſſe eſt, parati ſitis quicquid præcepero facere, quū uocauero uenire, quocūq; miſero ire, quēcunq; occidi iuſſero id intrepidos faceſſere, & totum regnum in manus noſtras ſtatuere atq; cōmittere. Vbi reſpōderūt, ſumus: inquit rurſus, ergo oris mei ſermo, decætero gladius meus erit: fit applauſus à populo. Principes intereà ipſum è regio ſolio exceptum ſupra filtrū in terra ſtratum humiliter ſedere faciūt, ita alloquentes: Vide ſurſum & agnoſce deum, ac reſpice filtrum in quo ſedes deorſum, ſi bene adminiſtraueris, ad uotum habebis omnia: Si autem male, adeò rurſus humiliaberis, ſpoliaberisq;, ut ne exile hoc filtrum, in quo ſedes, tibi relinquatur. quo dicto, chariſſimam uxorum adiungunt, & ambos cum filtro eleuantes, hunc omniū Tartarorum Imperatorem, illam Imperatricem ſalutāt. Adſunt tum mox ab omnibus gentibus, quibus imperare habet, dona. Adſunt & quæcunq; Rex defunctus reliquit, de quibus nouus Imperator unumquenq; principum donat, cætera ſibi ſeruari præcipit, & cum hoc comitia diſſoluit. In eius manibus ſeu poteſtate omnia ſunt: nemo poteſt, audetq; dicere, hoc meum eſt, uel illius eſt. Nemo commorari in aliqua terræ parte debet, quàm in aßignata. Imperator ipſe ducibus aßignat, duces millenarijs, millenarij cētenarijs, centenarij decanis, decani cæteris. Sigillum quo utitur ita inſcribitur. Deus in cœlo, & Chuichuth Cham in terra: dei fortitudo, & omniū hoīm Imperator. Quinq; maximos & robuſtißimos exercitus habet, qnq; duces, per quos oēs, q obſtāt,

Regum poteſtas notatur.

Sigillum Imperatoris tartarorum.

expũgnat: aliarũ gentium legatis ipſe non loquitur, nec etiam in conſpectum admittit, niſi tam ipſi quàm munera (ſine quibus uenire præſertim nõ debẽt nec poſſunt) à mulieribus quibuſdam ad hoc deputatis prius purgati fuerint, per medias perſonas reſpõdet, quibus quãdo & quàmdiu loquitur (quantũcunq; magni ſint) flexis genibus auſcultare debẽt, & ita attendere, ut ne à uerbo quidem aberrent. Nemini *enim licet imperatoris uerba mutare:* Nemini *latæ ab illo ſententiæ qualicũq; modo contraire.* In *publico is nunquàm bibit, neq; aliquis* Tartaro*rum princeps, niſi prius cantetur ei, aut citharizetur.* Potentiores *quum equitant, umbella quæ longiori haſtæ impoſita iuxta eos portatur, obumbrantur: quod & mulieribus eorum fieri dicunt.* Et *tales* Tartarorũ *gẽti mores anno ab hinc ducẽteſimo erãt: hi uiuẽdi ritus.* Georgiani *quos* Tartari *eodem ferè tempore deuicerũt cultores* Chriſti *erãt, ritum* Græcorum *ſeruãtes,* Perſis *uicini, longo terrarum tractu à* Paleſtina *ad* Caſpios *uſq; montes eorum dominium extendebatur.* Epiſcopatus *decem & octo habebãt, & catholicum unum, id eſt, epiſcopum uniuerſalem, qui loco patriarchæ erat.* Antiocheno *patriarchatui ab initio ſubiecti erãt, bellicoſi homines: raſuram in capite faciebant, clerici rotũdã.* Laici *quadratam.* Mulieres *eorum quædam equeſtris ordinis erant, & ad prælium doctæ.* Georgiani *ordinatis iã aciebus in pugnam ituri repletam optimo uino pugillarem cucurbitam epotare ſolebãt, & aduerſarios poſteà animoſius adire.* Clerici *uſuræ &* Symoniæ *libere uacabãt: cũ* Armenijs *mutuo & perpetuo odio perſiſtebãt:* Erant *enim &* Armenij Chriſtiani *nominis populus antequàm*

Imperator tartarorũ per ſe nõ reſpondet.

Potẽtiores tartarorum quum equitant obumbrantur.

Georgianorũ ritus.

Radũtur in capite georgiani

Mulieres ad bellum edoctę.

Armeniorum ritus.

tequàm, Georgianis ſubactis, Tartari illos ſuperauere: ſed à fide rituq; orthodoxæ eccleſiæ in multis diſcordabant. Diem natalis domini ignorabāt, nullas feſtiuitates, nullas uigilias, nec etiam quatuor tempora obſeruabāt. Sabbato Paſchæ nō ieiunabant, Chriſtum eo die circiter ueſperam reſurrexiſſe aſſerentes. Omnibus ſextis ferijs infra paſchatis & pentecoſtes feſtiuitates carnes manducabant. Multum ieiunabant, à ſeptuageſima quidem incipiētes ita ſtricte ut nec ī quartis ſextisq; ferijs oleo, uino, aut piſcibus uterentur: plus peccare exiſtimātes, qui his diebus uinū biberet, quàm eum, qui ueneris gratia lupanar ſubiret: die Lunæ penitus ſe ab oībus cibis abſtinebant, die Martis ac Iouis comedebant ſemel, die Mercurij & Veneris omnino nihil, Sabbato uerò et dominico die eſitabant carnes, & reficiebantur laute. Per totam ſeptuageſimā, exceptis ſabbatis & dominicis diebus miſſarum officia nemo celebrabat, nec etiā ſextis ferijs per totum annum: per hoc enim uiolari ieiuniū uolebant. Porrò duorum mēſium infantes, & quoslibet alios indifferenter cōmunioni admittebāt, aquam ſacrificio non addebant, cum lepore, urſo, corniculis, & huiuſmodi, ſicut Græci, Iudaizabant. In calicibus uitreis & ligneis celebrabant: quidam ſine paramentis & ſacerdotalibus ueſtimētis omnino: quidam cum diaconi & ſubdiaconi infula tantum operti. Vſuræ & ſymoniæ tā clerici quàm laici, quemadmodum Georgiani, æque ſtudebant omnes. Sacerdotes quoq; diuinationibus & necromantiæ incumbebant. Potationibus magis quàm laici uacabant. Vxores ducebāt, ſed poſt mortē alterius ſecunda cōiugia utriſq; probibita erant. Adulteram uiro re-

Ieiunia Armeniorum.

Sacerdotes armeniorum uxores ducebant.

pudiare & aliam ducere licentiam epiſcopi dabant. De *igne purgatorie penitus nihil tenebant.* Negabant *etiā obſtinate in Chriſto duas naturas fuiſſe.* In *triginta arti culis à recto Chriſtianæ pietatis tramite eos aberrare* Georgiani *prodidere.*

De Turcia, Turcarumq́ moribus, legibus, & inſtitutis omnibus.

CAPVT XI.

Turciæ fines. TErra, *quæ nūc* Turcia *eſt, maiorē* Armeniam *ab ortu habet, excurritq; ad Ciliců uſq; pelagus, ſeptentrionē uerſus* Euxino *terminatur. ab* Aitono Turquia *dicitur, plures in ea ꝓuinciæ:* Lycaonia, *ī qua* Iconium *caput gentis:* Cappadocia, *ī qua* Cæſarea: Iſauria, *ubi* Seleucia: Licia, *quæ nūc* Briquia. Ionia, *q̄* Quiſcum, *ubi* Ephesus. Paphlagonia, *ubi* Germanopolis. Lenech, *ubi* Trapezus. Hoc *quicquid eſt terræ, quæ hodie* Gētes Turciā incolentes. Turciæ *tenet nomē, non una gens inhabitat, ſed* Turcæ, Græci, Armeni, Sarraceni, Iacobitani, Neſtoriani, Iudæi Chriſtiani. *Secundum leges & inſtituta plæruńq; uiuentes quas* Mahometus *pſeudopropheta* Sarracenis Arabiæ *gēti anno ſalutis ſexcēteſimo atq; undetrigeſimo ſāxit: uir dubium* Arabs *an* Perſa, *utrunq; enim traditur.* Mahometi parentes. Patre *malorum dæmonum cultore, matre* Iſmaëlita, *& ob id* Hebraicæ *legis non ignara: diſtrahere puerū illi, ambiguumq; effingere, dum hic, dum illa ſuam uterq; legem ingerit.* Igitur *utroq; puer imbutus cultu, neutrum* Ex duabus legibus Mahometus vnam cōmentus. *adultus recepit, quin homo callidus atq; uafer ingenio, inter* Chriſtianæ *pietatis uiros diutiſſime uerſatus, rem pernicioſam humano generi ex duabus legibus cōmētus*

Hebræos aiebat impie facere, qui Chriſtũ natum ex uirgine inficiarentur, quando id prophetæ, uiri præcipua ſanctitate, diuinoq; afflati ſpiritu, futurum cecini ſſent, expectandumq; multo anteà prædixiſſent. contrà Chriſtianos ſtulte credere Ieſum dei amiciſſimum natũq; ex uirgine, opprobria et cruciatũ à Iudæis perpeti uoluiſſe. Martinus Segonius Nouomõtanus ſuo hæc de Chriſti regis noſtri ſepulchro memoriæ ꝓdidit. Sarracenos & Turcas, ex antiqua Mahometi prædicatione ridere Chriſtianæ gentis homines, qui id conditorium uenerabundi obſeruent. Chriſtum prophetam ſummum affirmantes, ex dei ſpiritu, omnis terrenæ labis expertem, uenturum iudicem gentium: inficiari tamen uerum ipſius ſepulchrum adiri, quoniam glorioſum corpus, diuino cõceptum flatu prorſus fuerit impaſſibile. Hæc Segonius & alia in hanc ſententiam, quæ à Mahometicæ gentis hominibus nõ magis impie quàm ſtulte in noſtros iactari ſoleant. His pſeudopropheta quum ſuam gẽtem malis imbuiſſet, legẽ tulit, cui ne ab hominibus ſanæ mentis quãdoq; iretur obuiam, abrogareturq; ut ſordidæ & peſtilenti, capitalẽ inſcripſit pœnam, ſanxitq; in ſuo Alcorano, ſi quis de ea auſus eſſet diſputare. Qua ſanctiõe palàm fecit nihil ſynceri in ea lege eſſe, quam uelut myſteriũ quoddã texerit uetueritq; tractari, ut quale eſſet id quod ferebatur populus haud ſcire poſſet. Sergij Monachi Neſtorianæ impietatis uiri cõſilio et opera in illa ferẽda præcipue uſus. Hæc ut popularior eſſet ex oĩm gentiũ ſectis aliquid aſſumpſit. Chriſtũ in primis laudandum cẽſuit, uirũ fuiſſe affirmans ſanctũ & omni uirtute præſtantẽ, eũdemq; ſupra humanitatis faſtigiũ ponere,

Sarraceni & Turcæ quid de Chriſto.

De lege Mahometi diſputare capitale eſt.

Sergius monachus.

Lex Mahometi ex ſectis multis mendicata.

nunc uerbum, nunc ſpiritum & Dei animam prædicans uirginis utero natum: ipſam uirginem miris efferre laudibus, aſtipulari miraculis & Euãgelicæ hiſtoriæ quatenus à ſuo nõ diſcrepat Alcorano. Euãgelia ab Apoſtolorũ diſcipulis corrupta eſſe dicebat, oportuiſſe per Alcoranum ſuum emẽdari: & Chriſtiani nominis multitudini per hæc blanditus à Sergio uoluit baptizari: inde in aliorum ſtudia concilianda cum Sabellianis negare Trinitatem: cũ Manichæis binarũ in diuinis numerũ ponere: Negare æqualitatẽ patris & filij cum Eunomio: Spiritum ſanctum creaturam dicere cũ Macedonio: cũ Nicolaitis multitudinem uxorum probare, & uetus teſtamentum, tametſi id quoq; diceret quibuſdam in locis nõ carere uitio: prætexuit his ambagibus incredibilem illecebrã, qua facile uita capitur, remiſſis ſuæ genti ueneris & omnium uoluptatum habenis. Serpit peſtis hæc proptereà in gentes innumeras, ut iam quota pars hominum præ multitudine illa à uero aberrantium adhuc ſit in officio. Ex hoc facile attẽdi poteſt quòd Chriſto credat nõ Europa tota, Mahometo aũt & illius maxima pars cũ tota ferè Aſia & Aphrica. Sarraceni, q hãc pſeudopropphetæ impietatẽ & delyriũ primi acceperũt eam Arabiæ partem incolebant, quæ Petræa dicta eſt, ubi uidelicet terra ipſa ab uno latere Iudææ īſerta eſt & reliquo Aegypto à Sarraco loco Nabathæis ꝓpinquo: ſiue ut ipſi uolũt à Sara abraæ uxore appellati: unde legitimos ſe omnium mortaliũ ſolos diuinæ ꝓmiſſionis ſucceſſores eſſe adhuc perſuaſum habẽt. Agriculturæ quidã uacabant & rei pecuariæ, maior aũt pars militiæ: & ob id ab Heraclio ad Perſicum bellũ ſtipẽdio cõducti, quũ ſe

Chriſtianis per quæ Mahometus blãditus ẽ.

Voluptatũ indulgentia.

Sarraceni unde appellati.

ab illo poſt conſequutã uictoriã fraudari cognouiſſent, ira & ignominia accenſi Sarraceni, Mahometo duce & monitore in Syriam ſecedentes Damaſcum occupabant, ubi copijs & commeatu aucti Aegyptum petebant, quâ ſubacta Perſidem, poſteà Antiochiam, & hinc Hieroſolymam: adeò potentia & fama indies eorum res creſcebant, adeò indies augmentabantur, ut nihil amplius ipſis reſiſtere poſſe timeretur: quum Turcæ fera & crudelis Scythica gens ex Caſpijs montibus à finitimis pulſi iam per Caucaſeas portas in minorẽ Aſiã primò, & poſteà in Armeniã, Mediã, ac Perſidem deſcendentes, ui & armis omnia ſibi ſubiugarent. Sarraceni igitur his utpotè imperij fines defenſuri obuiã proceſſerãt, ſed quia ipſis impares erãt in breui ad eam deſperationẽ adducti ſunt, ut Mahometi fide ab his recepta, paßi ſint eos in Perſide ſecũ regnare: ut neſcias utra gẽs maiorẽ fecerit iacturam, quæ tãto regno ceſſerit: an quæ eam ſibi peſtẽ inculcari paſſa ſit regnãdi cupiditate: unius itaq; fidei uinculũ ita utranq; gentẽ copulauit, ut Sarraceni pro Turcis, & cõtrà Turcæ pro Sarracenis indiſcreta appellatione aliquãdiu uocati ſint. Nunc ut uideo Turcarũ nomen inualuit, altero abolito. Non unum apud hos equitũ genus in uſu. Sunt Thimarcini, qui ſtipendiarij interpretãtur, ad octoginta millia: hi uicos, uillas, caſtella, ut quiſq; meritus eſt, Regis indulgentia poßident ſtipendij loco, præſtoq; ſunt Senſacho, duci uidelicet eius prouinciæ, cui attributi ſunt. In duos hodie diuiſi ſunt exercitus, Aſiaticũ & Europeũ, ductu inde maiorũ ducũ militaturi, quorũ hic Aſiæ, ille Europæ præſidet. Hos Baſſas gẽtili lingua appellãt. Sũt et Aconiziæ fatales dicti,

Rerũ Sarracenorũ icremẽta.

Turcæ qualis gens & vnde progreſſa.

Turcæ & ſarraceni in vnum confluxi.

Militia turcarum ex quibus conſtet.

Baſſæ exercitus Turcarum duces.

Aconiziæ milites, fatales.

hi ſine ſtipendio militant, ſemperq; agmen præcedunt prædabundi, quintam prædæ partem regi debent, manubiarũ nomine: ſunt hi circiter quadraginta millia. Abijt tertium genus in Charippos, Spahiglanos, & Soluphtaros, præſtantiſſimi horum Charippi equeſtris dignitatis illuſtres, & circa Regem frequentes octingenti numero. ex Scythis Perſiſq; neq; alio genere hominũ lecti in cõſpectu regis inſigniter, quum opus eſt, dimicãt. Spahi et Soluphtari ſunt, qui ab initio ad turpem uſum, pueri adhuc, apud Regem fuere, mox adulti Regis indulgentia uxorem ducunt, auctiq; dote coniugis & ſtipendio plurimum oratorum utuntur officio, Regis latus dextra leuaq; ſtipantes inter eũdum. Ad præfecturas & cæteras dignitates ex hoc ferè ordine legũtur, Mille ſunt et trecẽti numero. Triplex in peditibus ordo. Lanizari hi impuberes adhuc ex toto Imperio leguntur à conquiſitoribus aliquandiu militari diſciplina inſtruuntur, ſub magiſtro in publicis gymnaſijs, mox militiæ aſcripti amiciuntur breuiori ueſte, & pileo albo, ac ſurſum uerſus erecto: arma, ſcutum, enſis & arcus: hi caſtra muniunt, urbes oppugnant, ſuntq; ad uiginti millia, & amplius. Secundi ſunt ordinis Aſappi, leuis armaturæ pedites, enſe, ſcuto, & longiore haſta inſtruuntur, rubro pileo à Lanizaris diſcreti: hoſtium equos in prælio cõfodiunt: horũ numerus ad belli magnitudinem accõmodatur, minimum quadraginta millia, cum Rege proficiſcuntur: his ſtipendium cũ bello finitur: ex hoc inſtituto, Regius habet exercitus ad ducẽta armatorum millia. Cæterum peditum turba ſine ſtipendio uoluntariorum, aut euocatorum, ſuntq; his Calones mixti, Lixæ, fabri lignarij, & qui pu-

Charippi equites illuſtres.

Spahi & Soluphtari Regij ſtipatores.

Peditũ turcarũ triplex ordo.

Regius exercitus ducẽta millia.

gnantibus neceſſaria miniſtrãt: ſternũt uias, per loca ardua & abrupta pontes fluminibus aut ſtagnis imponũt, aggeres in hoſtes erigunt, cæteráq; ad expugnationes urbium utilia expediunt. Comitantur caſtra Numularij Trapezitæ: inſtitores atq; aliorum id genus hominũ ingens colluuio, ne quid deſit eorũ, quæ humano uſui conducũt. Sed nihil eſt quod in ea gẽte magis mirari poßis, quàm celeritas in agẽdo, in periculis cõſtantia, obſeruatio imperij: ad minima delicta capite plectũtur: profunda & uorticoſa tranant flumina, abruptos ſuperãt montes, iuſſi p æqua & iniqua eunt præcipites, nõ uitæ ſed Imperij memores, peruigilij, inediæq; tolerãtißimi: nulla ibi ſeditio, nullus tumultus: fremitu non clamore utuntur in prælio, in caſtris noctu tam pertinax ſilentium, ut patiantur captiuos dilabi, ne tumultus excitetur aliqs. Hi ex omni mortalium numero hodie legitime militãt, ut nemini mirum uideri poßit, quid ſit, quòd res eorum tantũ ad hunc diem creuere, quantũ ducẽteſimo ab hinc anno nullius alterius gẽtis, poßitq; uerè dici, eſſe id genus hominũ inuictũ, niſi aut lue aut peſte aliqua teterrima, aut domeſtica diſcordia uincãtur. Veſtitus quo milites utuntur honeſtißimus eſt, nihil indecentiæ, nihil inhoneſtatis omnino habens. In ſellis ac frænis nulla curioſitas aut ſuperfluitas eſt. Armis indutus eorum nemo incedit, niſi quum pugna inſtet. arma poſt eos in ſarcinis deferuntur. Vexillis non utuntur, ſed lanceis, ex quarum ſummitate quædam diuerſicoloria fila dependunt, per quæ ſinguli ducum à ſuis internoſci ualeant. Tympano tamen & fiſtulis ad conuocandum concitandumq; ad pugnam utuntur. Regiſtrario, qui magnatum unius

Turcarũ in re militari peritia

Soli turcæ legitime militant.

Vexillis non utũtur turcæ.

Tympano & fiſtulis etiam Turcæ vtũtur.

eſt, defuncto bello præſentari omnis exercitus debet, tũ ut qui, & quot bello amiſſi ſint cognoſcatur, quum ut in illorum locum alij ſcribantur. Pro militibus in omnibus congregationibus & conuiuijs orant, ſed multò magis pro communi patriæ cauſſa cæſis: felices beatosq; eos appellãtes, quòd nõ domi inter coniugum, filiorumq; lamentationes obierũt, ſed foris inter hoſtium frentitus haſtarumq; fragorem. Maiorum ſuorum uictorias deſcriptas cantant & extollunt: multum enim militum animos per hoc excitari exiſtimant. Domus & cætera ædificia, ſub qbus habitare ſolẽt, de lignis & terra uulgò ſunt, pauca de lapidibus, ſolorum magnatum domus, balnea & deorum templa ex his uulgò conſtructa: quamuis & plebeiorum quidã locupletes adeò ſunt ut exercitum armare expedireq; integrum unus poſſit: ſed quia frugales ſint, & omnem ſumptum deuitent, humilitatem diligant: uolũtariam hanc paupertatem, & rerũ ſitum patienter ferunt. Ob hanc etiam cauſſam picturas abijciunt, imaginum ſculpturas ſic abhorrent, ſic detestantur, ut Chriſtianos, qui eis tantum delectemur idolatras uocitent, & in ueritate eſſe contendant. Sigillis in literis ſiue regis aut cuiuſcũq; alterius fuerint nullis utũtur, nullis ſignis obmuniunt, fidem habent ſtatim ubi ſolum modo mittentis nomen audierint aut ſcribẽtis ſtylũ inſpexerint. Campanarum uſus apud eos nullus, nec etiã Chriſtianos inter eos habitantes habere ac uti pmittũt. Pro pecunia aut aliqua alia re nõ ludunt, ludere repertos ignominijs multis & probris afficiũt & proſequuntur. Ad ſedendũ ſcamnum, ſedile aut aliud fulcimentum nemo cuiuſcunq; dignitatis conditionisúe exiſtat requi-

Pro militibus & cæſis ſuis Turcæ orant.

Maiorũ uictorias Turcę decantant.

Humiliter turcæ ædificant.

Chriſtiani idolatræ a Turcis habentur.

Sigillis literas Turcæ nõ roborant.

Sedibus & ſcãnis Turcæ nõ vtuntur.

rit,ſed decentiſſima quadam & membrorũ & ueſtium compoſitione ſuper terram puerorum more recumbit. Menſa ſupra quã ueſcuntur ut plurimum è corio bubulo parata eſt,aut ceruino non cõcinnato & adhuc hirſuto,rotunditatem habens,quatuor uel quinq; palmarũ latitudinis,circulos multos per circuitũ inſutos ferreos quibus quum corrigiæ inductæ ſunt inſtar burſæ clauditur expãditur & portatur. Domum,eccleſiam aut aliũ locum in quo ſedendum eſt, niſi diſcalceatus, nemo intrat,quum inhoneſtum indecorumq; ualde habeatur,ut calceatus quis ſedeat,quare calceamẽto quodam utuntur,quod facile & deponi põt & recipi. Locus in quo uel domi uel in eccleſijs ſedetur ſtratus tegetibus laneis eſt,aut ſcirpeis:habẽtur quoque interdum propter locorum humiditatem,& immunditiam tabulata. Veſtimẽtis utuntur tam uiri quàm fœminæ ſatis largis & longis in anteriori parte apertis,quo honeſtius curuati naturæ opus pficere cælareq; poſſint. Multũ enim ĩ egeſtione cauetur,ne meridiem uerſus,quo orantes ſe uertere ſolent faciem conuertant: Multum etiam ne ab homine quopiam conſpecti turpitudinem ſuam oſtendant. Curuati etiam quemadmodum apud nos mulieres micturiũt: nam ſi ſtando quiſpiam mingeret pro ſtulto aut hæretico ab omnibus haberetur. A uino,quoniam peccati & omnis immunditiei ſeminarium ſit,ex lege abſtinẽt,uuas tamen comedunt,& muſtum potant. Abſtinẽt ſe quoq; à carne & ſanguine ſuillo, necnon ab omni morticino, reliquis comeſtibilibus cunctis ueſcentes. Diem Veneris ab omni labore feriati tanto ſtudio & religione colũt, quanta nos dominicam,aut quanta Iudæi ſabbatum. In

Mẽſa Turcarũ de corio eſt.

Veſtimẽta turcarum fluxa.

Viri curuati mingunt.

Vinum nõ bibunt Turcæ.

Caro ſuilla & omne morticinum uitatur.

Dies Veneris Turcis ſacra.

ſinguiis ciuitatibus eccleſia una principalis eſt, in qua eo die poſt meridiem cōueniunt omnes, atq; oratione ſolenniter peracta, prædicatio fit. Vnum deum confitentur, qui nullum ſibi uel ſimilem habeat, uel æqualē, cuius propheta fidelis Mahometus ſit.

Quinquies in die orare turcę tenentur meridiem uerſus.

Quinquies in die Sarraceni oēs orare tenētur, faciebus ad meridiē uerſis, & hoc antequàm faciant, perfectiſſimā corporis mūditiā habere, culum, ueretrū, manus, brachia, os, aures, nares, oculos, capillos, ad ultimū pedes etiam decentiſſime lauare, præſertim poſt coitū & egeſtionem, niſi ægrotauerint, uel in itinere fuerint.

Loti corpore.

Cōtinua in oībus ciuitatibus balnea.

Si uerò aqua eis ad hoc deſit, quod tamen contingere raro aut uix poteſt quòd in omnibus ciuitatibus continua balnea ad hoc habeantur, puluere mundæ & recentis terræ perficiunt: ante ablutionem hunc pollutus quacunq; pollutione loqui ſecum, aut ſe etiam uidere, quantum poßibile eſt permittit neminem.

Ieiunia Turcarum.

In quolibet anno menſem integrum & hebdomadā ſtrictiſſime ieiunant, interdiu nec comedentes, nec bibentes quicquam: nec etiam ſe mulieribus commiſcentes: poſt Solis autem occaſum ad uſq; ſequentis diei exortum cibis, potibus, ac ueneri ad placitum indulgent.

Paſcha turcarum.

In fine ieiunij & poſteà iterum ſexageſimo die Paſcha celebrant, in memoriam Arietis Abrahæ oſtēſi in ſacrificium filij loco: noctiſq; cuiuſdam in qua Alcoranum de cœlo datum exiſtimant.

Domus dei in Mecha.

Semel quotannis etiam ad domum dei, quæ in Mecha eſt ire Sarraceni omnes debent, tum propter profeßionem ſuæ recognitionis, tum annuos honores Mahometo perſoluendos, cuius ſepulchrum ibi obſeruatur.

Sarraceni ad ſectam ſuam cogunt neminem.

Religionem ſeu ſectam ſuam abnegare Sarraceni neminem cogunt, nec iſtud alicubi perſuadere co-

nantur: quamuis Alcoranus præcipiat, ut aduerſarios
prophetasq; eorũdem perdant, & omnibus modis per-
ſequantur: unde fit ut in Turcia omnium ſectarum gen-
tes habitent, & quæque, ut ſolet, ſuo deo ſacra faciat.
Sacerdotes præterea eorum à communi populo nõ mul- Sacerdotes turcarum.
tum differũt, nec à priuatis ædibus eccleſiæ. Alcoranũ
ſcire ſufficit & quæ ad orationem cultumq; legis perti-
nẽt: meditationibus, literarumq; ſtudijs minime uacant.
Non enim eccleſiarum aut animarum aliqua cura occu
pati ſunt, ſacramenta nulla habent, reliquiarum, ſacro-
rumq; uaſorum, & altarium nulla obſeruatio, ſed uxo-
ribus, liberis, ac cæteræ familiæ intẽti, agriculturæ, mer
caturæ, uenationi, & ſimilibus ſtudijs, quibus uictus
quæritur & uita ſuſtentatur, quẽadmodum laici cæte-
riq; incumbunt: nihil eſt ipſis facere illicitum, nihil pro-
hibitum. à ſeruitute, ab exactionibus immunes ſunt. hono
ris plurimum ab omnibus percipiunt, ut qui legis cære-
monias ſciãt, eccleſijs præſideãt, et alios docere poßint.
Gymnaſia multa et magna habẽt, in quibus ciuiles leges Gymnaſia turcæ multa hñt.
Regibus latæ pro regni adminiſtratione defenſioneq;
plurimi docentur, quorũ dein quidã eccleſiaſticis, quidã Religioſorum Turcarum familiæ.
ſecularibus officijs præficiuntur. Sunt etiã in ea ſecta
multi & uarij religioſi, quorum quidã in nemoribus &
ſolitudinibus uitam uillatim ducentes hominum commer-
cia effugiunt, quidam in ciuitatibus hoſpitalitatẽ exer-
centes peregrinos pauperes ad hoſpitia ſaltem reci-
piunt, ſi non habeant quo reficere poßint, ex men-
dicitate enim & ipſi uiuunt: alij per ciuitates uagan-
tes, in utribus quibuſdam bonam atque ſemper recen-
tem aquam portant, quam cuique petenti bibendam

ultro offerunt, pro quo pietatis officio, ſi quid ipſis porrigitur accipiunt, cupiunt nihil, tantam religionis oſtentationem in dictis & factis, in moribus & geſtu præ ſe ferẽtes, ut non homines ſed angeli credi poſſint, ſignum quoddam quiſq; gerit per quod cuius profeſſionis ſit internoſci habet. Iuſtitiæ Sarraceni ſeu Turcæ exactores ſtrenuiſſimi ſunt, qui hominis ſanguinẽ fuderit pari pœna ſemper plectitur. In adulterio deprehẽſus cum adultera abſq; miſericordia, abſq; mora lapidatur. Eſt etiam fornicarijs ſua pœna expreſſa, octingẽtos flagelli ictus ſeu uerbera tolerare debet, qui præuẽtus fuerit. Fur prima & ſecunda uice deprehẽſus totidem ictibus flagellatur: tertia, manu truncatur, quarta, pede. Qui damnum alicui infert, precio æſtimato ſatisfacere compellitur. In poſſeſſionibus repetũdis ut petitum teſtibus comprobetur, lege ſancitũ, utq; negator iuramento ſeſe expurget. Teſtes nullos niſi ualde idoneas probatasq; perſonas, et quibus ſine iuramento credi poſſit, admittunt. Inquiſitores per regionem multi etiam conſtituti ſunt, qui orationum ad quas tenentur, negligẽtes indagatos talibus quidem adficiunt ignominijs: tabulam unam cum pluribus caudis uulpinis illorum collis appendunt, & hinc inde per totã ciuitatem trahẽtes non dimittunt donec ſe certa pecunia abſoluãt. Extra matrimoniũ nemini, quum ad prouectam ætatem iam peruenerit, uitam agere licet. Vxores autem ducere legitimas quatuor poſſunt, & dẽptis matribus & ſororibus quaſcũq; uolunt: nulla ſanguinis habita ratione: illegitimas uerò quotquot placuerint, & enutriri ualeant. Filij tam ex his, quàm ex illis ſuſcepti hæredes in patris bonis æqualiter habentur.

Iuſtitia Sarracenorum.

Adulterorum pœna.

Furum pœna.

Vxores turcæ quatuor ducũt.

Hoc tamen ſeruato, quòd duæ filiæ filio uno coæquan-tur. Coniuges duas aut plures non in una domo, nec etiã in una ciuitate habent, ob iuges cõtentiones earum, atq; inquietudines, ſed in ſingulis ciuitatibus ſingulas. Liber-tatem uiri eas tertio repudiandi habent, tertio idem reci-piẽdi. Repudiatæ uerò à quo uiro ſuſcipiantur, ſi lubet, permanere poſſunt. Hæ in ueſtitu honeſtiſſimæ ſunt. In capite mitris utuntur uelis ipſis ſuperpoſitis, ita, ut de-center hac inuolutæ, una ueli extremitas à dextra aut ſi-niſtra capitis parte dependeat, qua, ſi domum exire, uel in domo in uirorum conſpectum prodire debeant, ſine mora totam faciem præter oculos uelare poßint. Nun-quàm audet fœmina Sarraceni ubi uirorum congrega-tio eſt apparere. Forum adire, uendere aliquid aut eme-re omnino fœminis illicitum. In eccleſia maiori locum à uiris longe remotum habẽt, & adeò occluſum, ut nemo introſpicere poßit, nec aliquo modo intrare. Quem ta-men non omnes, ſed magnatum ſolum uxores, & nun-quàm alias quàm die ueneris ad unicam orationis meri-dianæ horam, quæ apud eos, ut dictum eſt, ſolennis eſt, intrare debent. Collocutio uiri & mulieris in publico adeò rara eſt, adeò præter cõſuetudinem, ut ſi inter eos per annũ integrum morareris, ſemel uix uidere poſſes. Virum apud mulierẽ in aperto ſedere, aut equitare cum aliqua pro monſtro duceretur. Coniugati mutuo, alijs uidentibus, nunquam laſciuiunt, nunquã rixantur, quum nec uiri erga mulieres grauitatem unquam remittant, nec mulieres erga uiros reuerentiam. Magni domini qui apud ſuas perpetuo eſſe non poſſunt, ad earũ cuſtodiam deputatos Eunuchos habent, qui tanta cuſtodia illas ob-

Repudiũ apud Turcas.

Mulierũ Sarracenorũ veſtitus

Eunuchi mulieribus deputati.

ſeruant, & tuentur, ut præter maritum impoſsibile ulli uiro ſit eas alloqui poſſe, impoſsibile ipſas poſſe præuaricari. Poſtremum Mahometo, legibusq; ipſius fidei tantum Sarraceni tribuunt, ut illas ſeruantibus æternam beatitudinem certiſsime promittant: Paradiſum uidelicet delitiarum hortum dulcibus & amœniſsimis aquis quaq; uerſum irriguũ ſub puro & tẽperato cœlo conſtitutũ, in quo quicquid uelint habituri ſint: oĩm ferculorũ genera ad ſaturitatem, ſerica atq; purpurea indumenta, adoleſcentulas ad nutum ſpecioſas, cum aureis argenteisq; uaſis, Angelos pincernarum more in aureis lac, in argenteis uina rubea ubertim propinantes miniſtros. Contrà non ſeruantibus infernum comminantur interitumq; ſempiternum. Hoc etiam credunt, ꝙ quantiſcunq; quis criminibus obnoxius, ſi moriturus tantum deo credat & Mahometo, ſaluus fiat.

De Chriſtianis, eorumq; origine & ritibus. CAPVT XII.

Cauſæ natiuitatis Chriſti.

CHriſtus Ieſus dei patris omnipotentis uerus & æternus filius: ſecunda in ſancta indiuidua æquali perpetua trinitate perſona, incõprehenſibili & à ſæculo abſcondito cõſilio, atq; myſterio anno ab hinc milleſimo quingenteſimo uigeſimo, ut miſeros, & infelices homines in primis parẽtibus Adam & Heua per inobedientiæ peccatum heu lapſos, & ob id multis ſæculis cœleſti patria excluſos erigeret, eoq; reduceret: ac detruſorum ſpirituũ uetuſtiorem ruinam ad quam ſupplendam præcipuè creati fueramus, aliquãdo in cœlo reſar-

ciret:Sancti ſpiritus cooperatione in Iudæa à uirgine
Maria de progenie Dauid homo cōceptus,& natus eſt. Maria virgo Chriſti mater.
Triceſimo uitæ ſuæ anno uſq; in triceſimūquartū: quo
ex Iudæorū inuidia cruce affixus perijt,Iudæam omnē
percurrēs,Iudæos primū,deinde alias gentes ab antiqua
Moſaica lege,ab idolorū profana cultura ad nouā ſuā
nſtitutionē adhortatus eſt,Sequaces quotquot habere Chriſti ſequaces diſcipuli vocati.
potuit diſcipulos appellauit.Ex quibus duodecim ſele-
ctioribus poſt mortē ſuā, cū (ut prædixerat) iterū uiuus
pparuiſſet,cōmiſit:ut apoſtolorū ſiue legatorū nomi-
e,in orbem uniuerſum irent: & quæcunq; ab eo didi-
iſſent uidiſſentq; creaturæ omni prædicarēt.Symō Pe- Petrus eccleſiæ Chriſtianæ princeps.
rus,cui eccleſiæ ſuæ regimen principatumq; diu anteà
oſt ſe ſuſcipiendū tradiderat,quum poſt ſanctiſpiritus
erceptionem alij ad alias terræ oras,ut ſortiti & iuſsi
erant,ad prædicandum diuertiſſent, primum Antio- Antiochia prima eccleſiæ ſedes.
hiam uenit,ibiq; eccleſiæ cathedrā primariā cōſtituēs,
um alijs apoſtolis, qui ſæpius ad eum uenerant, conci-
um celebrauit:in quo inter cætera Chriſtianos à Chri A Chriſto chriſtiani appellati.
o deinceps dici decretū,q illius dogma orthodoxāq;
etatem amplexi tuerētur.Romam deinde ſede prima-
a translata,pro maximo ipſe,& ſucceſſores ſui ſem-
r habuere negotio,rudem & incultam adhuc Chri- Chriſtiana religio a quibus ſumpta.
ſui ſectam,eamq; profeſſos aliquo bono ordine &
bernatione ex Moſaica lege,quam Chriſtus nō ſolue-
ſed adimplere ueniſſet,ex politijs Romanorū, Græ-
rum, Aegyptiorū,aliarumq; gentium ſacris & pro-
is ritibus, legibus, moribus: ex ſaluberrima in primis
riſti Ieſu doctrina,& ſancti ſpiritus inſpiratione cul
res facere.Rem aggreſſi, quemadmodum non ſolum

apud Hebræos,ſed alias etiam gentes, diuiſos uiderint homines in ſacros & profanos, & tam his quàm illis pulcherrima ordinatione,ſuos gradus, ſuas dignitates. Eſſe monarcham orbis uniuerſi tunc Romanum Imperatorem,eſſe conſules,eſſe patritios,qui & ſenatores ad arbitrium quorum omnia ordinarẽtur,eſſe per terram reges multos,duces,comites,præſides,præfectos, ſuffectos,tribunos militum,tribunos plebis,prætores, primipylos,cẽturiones,decuriones,quaterniones, duumuiros, quæſtores,ædiles,ianitores,ſcribas,lectores, & priuatos hoĩes utriuſq; ſexus multos. In deorum uerò templis Regem ſacrificulum eſſe,archiflamines, protoflamines, flamines,ſacerdotes,pari ordine apud Hebræos ĩ ſacris ſummum pontificem eſſe,minores ſacerdotes,leuitas,natinæos,luminum extinctores, exorgeſtas,ianitores ſiue æditus,& cantores. Apud Græcos chiliarchos, hecacontarchos,penthacontarchos,decarchos,pẽtharchos. Eſſe præter eos quoq; tam apud hos,quàm illos diuerſos & uirorum & mulierum religioſos conuentus multos, Saducæos,Eſſæos,Phariſæos apud Hebræos:Salios,diales,ueſtales apud Romanos. Conſenſere ſanctiſſimi apoſtoli omnes,ut Petrus & qui ei in Romana ſede ſuccederent,imperpetuum Papa tãquam pater patrũ,uniuerſalis,apoſtolicus,ſanctiſſimus,& ſummus pontifex diceretur. Eccleſiæ catholicæ Romæ tanquàm monarcha Romanus Imperator, orbi uniuerſo præſideret. Conſules quorum ſemper duo erant æquarẽt in eccleſia patriarchæ quatuor. Cõſtantinopolitanus, Antiochenus, Alexandrinus, & Hieroſolymitanus,ſenatores Cardinales exprimerent. Reges qui tribus ducibus Primates tribus archiepiſcopis

Romana politia.

Hebræorum ciuilitas.

Græcorum adminiſtratio.

Ro. põti. Papa uocatus.

Quatuor patriarchæ.

Primates.

archiepiſcopis imperãtes deſignarẽt;archiepiſcopi ſeu Archiepi-
Metropolitani ducibus compararẽtur,ꝙ uelut illi pluri
bus Comitibus,ſic ipſi epiſcopis mãdarent,Epiſcopi Co Epiſcopi Coẽpiſcopi.
mitum ſimilitudinẽ exprimerẽt.Coẽpiſcopi ſiue epiſco-
porũ uicarij præſides,præfectos præpoſiti. Tribunos Præpoſiti.
militum archipreſbyteri redderent.Tribunos plebis cã- Archipresbyteri.
cellarij,prætores archidiaconi,Cẽturiones decani. De- Cancellarij.
curiones preſbyteri parochi.Aduocatos ſacerdotes alij Archidiaconi. Decani.
Aediles diaconi.Quaterniones ſubdiaconi. Duumuiros Preſbyteri.
exorgiſtæ.Quæſtores hoſtiarij,aulæ ianitores lectores, Diaconi. Subdiaconi.
cantores,ſiue poẽtas.Acolythi ſcriptores aut cæroferra Exorciſtæ.
rios præſentarẽt.Eos omnes communi appellatione cle- Hoſtiarij. Lectores.
ricos,à cleros,id eſt,ſorte,qua ex populo primũ in dei Acolythi.
ſortem eligebantur uocari uoluere.Septem tamen, quos Clericorum in eccleſia dignitates.
adhuc Romanus pontifex ſolẽniter ſacrificãs ſecum in
altari habet,cæteris noĩatiores eſſe.Epiſcopos ſcilicet
preſbyteros,diaconos,ſubdiaconos, acolythos, cãtores,
quibus ſingulis ĩ eccleſia ſua officia, habitum atq; digni-
tatẽ attribuere.Epiſcopis clericos alios ordinare, uirgi-
nes uelare & benedicere:pontifices conſecrare,manus Quid Epiſcopis conceſſum.
imponere,confirmare,baſilicas deo dedicare, deponen-
dos ab officio ſacerdotes deponere & regradari,ſyno-
dos celebrare,chriſma cõficere,ueſtes & uaſa ſacrare,
& alia quæ etiã minoribus ſacerdotibus communia, ut
cathegizare,baptizare,ſacramentũ altaris conficere,
filijs cõmunicare,à peccatis pœnitentes abſoluere , con-
tumaces arctius irretire,euãgelium annunciare. Caput Sacerdotũ qualis vita & habitus.
in apice,quatuor digitorũ latitudine, in rotundũ more
Nazaræorũ radere,& neq; comas neq; barbã nutrire,
perpetuo caſtos eſſe,ſacerdotibus omnibus præcipere.

Victum his ſolum ex primitijs, decimis & oblationibus eſſe, ſæcularibus curis negotijsq; oīno uacare, honeſte ueſtiri, incedere, & cōuerſari: ſoli Deo & eccleſiæ deſeruire, lectioni ſacræ ſedulo incumbere, ut omnia quæ Chriſtianæ religionis ſunt, in quibus alios inſtituere obligātur, ipſi perfecte norint. Religioſi cōuētus tam uirorum quàm mulierū ſunt Benedictini, Prædicatores, Frāciſcani, Auguſtiniani, Bernardini, Antoniani, Ioānitæ, Cartuſiani, Præmonſtratenſes, Carmelitæ, Ciſtercīēſes, innumeriq; alij, quibus omnibus ex regula, quā ſibi priuatim quiq; præſcripſere, certus habitus, certáq; uiuendi ratio eſt, cōtinentiam paupertatem atq; obedientiam perpetuam profeßi, ut plurimū, uitam ſolitariam agūt, quare monachi, id eſt, ſolitarij appellātur. quidam abbates, quidam præpoſitos, aut priores ſibi præficiūt, Epiſcopis aut Romano tantūmodo pōtifici ſubſunt. Cucullo quamuis non unius coloris ferè utuntur oēs, & carnibus abſtinent. Epiſcopis ſacrificaturis ſacratas ueſtes ex Moſaica lege deſumptas ob perfectionem eorū quindecim numero eſſe, Sandalia, amictum, albam, talarem, cingulum, ſtolam, manipulum, tunicam, hyacinthinam, dalmaticam, chirothecas, annulum, caſtulam, ſudariolum, pallium, mitram, pedū, & iuxta altare, in quo ſederet, cathedra. E quibus nouē quoq; minoribus ſacerdotibus cōmunes eſſe uoluere, amictum, albam, talarem, cingulum, ſtolam, manipulū, caſtulā. Romano pōtifici præter eas ex Cōſtantini magni largitione, omnia Romani Imperatoris inſignia permiſſa, tunica coccinea, purpurea chlamys, ſceptrum, diadema faſtigiatum, quibus in magnis feſtiuitatibus in ſacrario rite indutum rem diuinam

Chriſtianorum religioſi conuentus.

Monachi ſolitarij.

Quindecim ſacræ Epiſcoporum veſtes.

Nouem priuatorum ſacerdotum veſtes.

Romani pontificis veſtes.

factum ad altare ſtipatũ procedere, preſbytero à dextro, diacono à ſiniſtro lateribus: ſubdiacono cum libro clauſo cæroferarijsq; duobus, & uno cũ thuribulo ſuffumigante præcedentibus, eò peruentum mitram deponere, atq; in imis gradibus peccatorum publicam cõfeſſionẽ cum comitibus dicere, aſcẽſo poſtmodum altari codicem in cornu aræ ſiniſtro iacentem aperiri, deoſculari, & miſſæ ſacrificium ſuis cæremonijs perficere, Subdiaconum epiſtolã, Diaconũ euangelium legere. Septies per ſingulos dies Deũ laudare, orareq; præſcriptis orationibus, tam maioribus quàm minoribus ſacerdotibus præcepere. circiter ueſperũ ueſperas, ſub noctis crepuſculo completorium, matutino tempore matutinas, primam, tertiam, ſextam, nonam, prima, tertia, ſexta, nona diei horis: et hoc, ſi fieri poßit, ĩ eccleſia ante altare humiliter orientem uerſus. Oratio dominica, ſymbolumq; Apoſtolorum, quemadmodum adhuc hodie à uulgò, ab initio tantũ dicebãtur. Beatus Hieronymus Damaſi papæ impulſu, pſalmos per ferias digeßit, & horis ſingulis proprios deputauit. Nocturnis die ſacro nouem: non ſacro, duodecim. Laudibus matutinis quinque, Veſperis quinq;, cæteris omnibus tris. Euangelia, epiſtolas, aliaq; quæ ex ueteri ac nouo inſtrumento adhuc legũtur, præter cantum, pro maiori parte ordinauit. Damaſus antiphonas, quas Ambroſius Mediolanenſium epiſcopus cõſcripſit, diuiſo pſallentiũ choro alternatim cantare inſtituit, et ſingulis uerſum Gloria patri &c. adiecit. Lectiones & hymnos, qui horis ſingulis præmittuntur cõcilia Toletanũ & Agathonẽſe approbauere. Orationes, gradualia, tractus, alleluia, offertoria, cõmuniones in miſſa,

Septies per diẽ orare ſacerdotes.

Horæ ſeptẽ canonicæ.

Orationes quis ordinauit.

Alternatim cãtare.

Antiphonas,uerſiculos,tropos aliáq;,quæ tā in noctur no quàm diurno officio cantantur,legūturq; ad decorē & laudē dei Gregorius,Gelaſius,& Ambroſius plæriq; alij ſancti patres nō uno,uerū diuerſis temporibus ædidere. Miſſa(ſic appellāt ſacrificiū)à lectione primū, eo ſimplici apparatu tenoreq;,quo adhuc ſācto paſchæ ſabbato fit,celebrabatur. Cœleſtinus Papa introitū addidit. Teleſphorus Gloria in excelſis, Hymnum & in terra Hilarius Pictauienſis compoſuit. Symachus cantari inſtituit. Salutationes,quæ per Dominus uobiſcum ſepties in ea fiūt,ex libro Ruth tranſſumptæ,Clemens & Anacletus interpoſuere. Gelaſius cætera ad offertoriū uſq; ordine quo peraguntur ordinauit, præter ſequentias,quas Nicolaus,& ſymbolū, quod Damaſus ex Cōſtantinopolitana ſynodo immiſcuere. Prædicatio,quæ ex ſuggeſto diebus feſtis à ſacerdote aut diacono ad populū fit Neemiæ aut Eſdræ exēplo inoleuit magis,quàm inſtituta eſt. Monebantur in hac ab initio quum omnes in miſſa præſentes ex præcepto cōmunicarent,ad mutuam corcordiam,qui odio inſectabantur,ut mundi nō polluti uitijs,ſacramentum altaris perciperent,ratione cuius publica peccatorum confeſſione adhuc hodie ea concludi ſolet,ueteris ac nouæ legis inſtrumēta,decem dei præcepta,duodecim fidei articuli,ſeptē eccleſiæ ſacramēta, ſanctorum uitæ & martyria,dies ſacri,doctrinæ,uirtutes & uitia:et quæcūq; alia,quæ Chriſtiano homini cognitu neceſſaria ſunt,edocētur. Offertoriū Gregorius appoſuit. Leo præfationes. Maiorem & minorem canones Gelaſius. Sanctus,beatus Sixtus. Pater noſter ex Matthæi euāgelio Gregorius. Martialis beati Petri diſcipu-

Miſſæ officij apparatus.

Sermo quare in miſſa fiat.

De quibus ſermo fiat.

Offertorium.
Præfatio.
Canon vterq;.
Oratio dñica.

lus benedictionem dare epiſcopos, pacem minores ſacerdotes Innocentius inſtituit, Agnus dei Sergius adiunxit. Agnus Dei. *Gregorius communionem. Concluſionem per Ite miſſa, per benedicamus domino, & Deo gratias, Leo adinuenit.* Duodecim *fidei articuli, quos quemlibet nedum cõſtantiſſime confiteri, uerũ etiam credere beati Apoſtoli mandauere, tales receſentur. Primus unum Deum & trinum eſſe patrem omnipotentem cœli terræq; factorẽ. Secundus Ieſum Chriſtum filium eius unigenitum, dominum noſtrum. Tertius eundem de ſpiritu ſancto conceptum, ex Maria uirgine natum. Quartus ſub Pontio Pilato paſſum, crucifixum, mortuum, atq; ſepultũ. Quintus ad inferna deſcendiſſe, rurſus à mortuis tertia die reſurrexiſſe. Sextus ad cœlos aſcẽdiſſe, ſedere ad dexterã dei patris omnipotẽtis. Septimus uenturum rurſus cum gloria, iudicatũ uiuos & mortuos. Octauus ſpiritum ſanctum eſſe. Nonus ſanctam eccleſiã catholicã. Decimus ſanctorum communionẽ, remiſſionem peccatorum. Vndecimus carnis reſurrectionem. Duodecimus æternam poſt obitum in alio orbe uitam.* Duodecim fidei articuli. *Decem præcepta, quæ Deus digito ſuo conſcripta per Moſen Iſraëlitico populo dederat, & nos obſeruare uoluere. Primum eſt, unum Deum credere. Secundum, ipſius nomen uanè non aſſumere. Tertium, ſabbata ſanctificare. Quartum parentes & natu maiores honorare. Quintũ, nõ occidere. Sextũ, nõ mœchari. Septimum, non furari. Octauum, falſum non atteſtari. Nonum, rei alienæ non inhiare. Decimum, alteri nuptam neq; concupiſcere.* Decẽ Dei præcepta. *Septem eccleſiæ ſacramenta, quæ in poſterioribus quinq; fidei articulis includuntur, & credi à nobis ſancti patres præcepere. Pri-* Septẽ eccleſiæ ſacramenta.

Baptiſmus primum.

mum, baptiſmus eſt. hoc ex canonica ſanctiõe, niſi maxima neceſsitas citius depopoſciſſet, olim non niſi in fide prius optime inſtructis & approbatis catecuminis per examina uel inquiſitiones ſeptem, quæ ſeptem certis per quadrageſimæ ieiunium diebus fiebant, ſacris paſchæ & pentecoſtes ſabbatis, quibus conſecrari in parochijs omnibus ſolet, dabatur. Quoniam uerò præ cæteris ad æternam ſalutem id apprime neceſſarium eſt: ne quis eo orbatus ex uita hac abſcedat: ſtatuere, ut nato mox infante, patrini huic, tanquã teſtes, aut fideiuſſores, rogẽtur, à quibus ante eccleſiæ fores ſtatutus, à ſacerdote ad hoc accerſito priuſquàm ſacro fonte immergatur quæreretur, an Sathani pompisq; eius omnibus abrenunciauerit, an fidei Chriſtianæ articulos omnes firmiter credat. Patrinis pro eo affirmãtibus, ſacerdos ter in faciem illi inſufflans, exorgizat, catechizatq;. Septem poſteà cum eo per ordinem facit, benedictum ſal ori illius primo immittit. Secundo oculos, aures, nares, terra ſuo ſputo madefacta illinit. Tertio nomen, quo poſteà uocetur imponens, in pectore & dorſo oleo ſancto in crucis formam conſignat. Quarto baptiſmo ter ſanctæ trinitatis nomine, patris & filij & ſpiritus ſancti: quo etiam alia ſacramẽta omnia exhibentur, immergit: aut in crucis formam ter perfundit. Quinto pollice ſacro chriſmate intincto frontem ipſius cruce notat. Sexto ueſtem eum cãdidã induit. Septimo candelam ardentem præbet.

Septies baptizãdi olim examinabantur.

Septẽ circa baptizandos.

Tã grauate Iudæi cur baptizentur.

Iudæi antea quàm baptizantur, ex Agathonenſi concilio mẽſes nouem catecumini in fide inſtruuntur, diesq; quadraginta ieiunare debẽt, diuitijs ſe ſuis omnibus abdicare, ſeruos manumittere: filios ſi quos Moſaica lege circunciderint, à ſe pro-

cul repellere. Nemini ob id mirandum, ſi tam grauate gens illa baptiſmo admoueatur. Confirmatio, ſecundum ſacramentum, ab Epiſcopo ſolum in eccleſia, ante altare adultis, & ſi fieri poßit, ieiunis, tali quidem ritu largitur. Confirmandi cum ſingulis patrinis omnes adſunt. Epiſcopus dicta ſuper omnes una oratione ſingulorum frontes humectato chriſmate pollice, crucis forma in patris & filij & ſpiritus ſancti nomine conſignat, alapamq; maxillæ ſiniſtræ in ſuſcepti ſacramenti memoriam, ne repetant, incutit. Patrini, ne recens unctio defluat, aut per incuriam abſtergatur, mox præparata ad hoc faſcia frontem obligant, quam non niſi ſeptimo die deponere fas ducunt: tantum huic ſacramento ſancti patres conceſſere, ut nomen in baptiſmate impoſitũ, ſi diſpliceat, in huius perceptione ab Epiſcopo in aliud mutari poßit. Tertium ſacramentum eſt ſacer ordo: ſimiliter ab Epiſcopo ſolum in prima eccleſia in Decembri tantum, nunc conſtitutis ſex anni temporibus, puta ſingulis quatuor ieiuniorum, eam ob cauſſam inſtitutorum, ſabbatis. Sabbato, quod ſitientes dicitur, & ſacroſancti paſchæ ſabbato confertur, maribus ſolummodo: & quorum uitæ conditio, corporum habitudo, animorum qualitas, ſatis cognita perſpectaq; ſit. Septem, ſecũdum quoſdam, nouem enumerantur, in quibus ſingulis characterem ſpecialem ſuſcipientis animæ imprimi, & eum hominem ſacrum deinceps eſſe, credi ſancti patres uoluere: hi pſaltes ſũt, hoſtiarij, lectores, exorgiſtæ, acolythi, ſubdiaconi, diaconi, preſbyteri, epiſcopi, unum tamen ſacramentũ, nõ plura, ratione finalis officij quod eſt dominicum corpus conſecrare cenſetur. Singulis ſua

Cõfirmatio ſecundum ſacramentum.

Tertium ſacramentum ſacer ordo.

Septem clericorum ordines.

Ordinibus of-ficia & iſignia data. in eccleſia officia, inſigniaq; ex Toletano cōcilio conſti tuta. Hoſtiarijs ſacras ædes tueri, aperire, & recludere clauis ob id eis in ordinatiōe datur. Lectoribus ueteris teſtamenti ſacrarumq; hiſtoriarum legendi facultas, Codex tribuitur. Exorgiſtis obſeſſos malo dæmone hoīes adiurare, in ſignum, quo illud continetur, liber porrigitur. Acolythis candelabra, luminaria, urceolos ad aram diſponere, atq; portare. Candelabrum eis cum cæreo, urceoliq; uacui præſtātur. Subdiaconis oblationes percipere, calicē, patināq; attrectare, & ad ſacrificiū deferre. Vinum & aquam in urceolis diaconis adminiſtrare, uacuus ea de re ipſis calix cum patina ab epiſcopo, urceoli uino aquaq; pleni, & mappula ab archiadiacono dantur. Diaconis Dei uerbum gētibus prædicare, & ſacerdotis in ſacris eccleſiæ actibus deſeruire cōmittitur, Euangelij liber tribuitur, & ſtola in modū iugi altero tātummodo eius humero īiecta. Preſbyteris dominicū corpus cōſecrare, pro peccatoribus orare, atq; per iniunctam pœnitētiā deo rurſus conciliare poteſtas. Calix cū uino, patina cum hoſtia, ſtola ſuper utrunq; humerū, & caſtula inſignia. Quid epiſcopo datum ſupra auditum.

Epiſcopi conſecratio. Dominica hic tātū die, horā circiter tertiā, infra miſſæ officiū priuſquā Euangeliū legitur, ordinatur, per manus & libri ſup caput poſitionē ab alijs epiſcopis, cōnumerato Metropolitano, tribus. Epiſcopi in prima eccle

Epiſcopi a preſbyteris olim nihil differebant. ſia ab alijs p̄ſbyteris parū aut nihil differebant, cōmuni cocilio eccleſiæ moderabantur, antequàm diſſenſiones uulgo audirētur, quibus unuſquiſq; ſe, nō à Chriſto, ſed à quo baptizatus eſſet, hic Pauli, alius ſe Apollinis, tertius Cephæ appellaret: pro uniformitate igitur cōſeruā-

da, & ſchiſmatibus uitandis, neceſſario decreuere ſan-
cti patres, ut cõmuni appellatione omnes qui baptiza-
rentur, Chriſtiani deinceps à Chriſto dicerẽtur, utq; ſin-
gulis prouincijs, prout magnæ uel paruæ eſſent, unus
aut plures preſbyteri probatiores, epiſcopi nomine, præ
ficerentur: qui non, ut anteà, ſuo nutu, ſed eccleſiæ Ro-
manæ ſacrorumq; conciliorũ ſtatutis ordinationibusq;
ſubditum ſibi & clerum & populum gubernarent: in-
ſtituerẽtq;. Tunc primum piorum principum auxilio
permiſſuq; regiones per totum Chriſtianum orbem in
dioceſes, dioceſes in conuentus ſeu capitula, capitula in
parochias diuiſæ: & pulcherrima illa ordinatio, qualis
adhuc cernitur tam in clero quàm populo facta, ut po-
pulus uicanus dato iure ſuo parocho obediat, parochus
decano, decanus epiſcopo, epiſcopus archiepiſcopo, ar
chiepiſcopus primati ſiue patriarchæ, primas ſiue pa-
triarcha legato, legatus papæ, papa concilio, concilium
deo ſoli. Corporis & ſanguinis Chriſti ſalutiferum ſa-
cramentum ſacerdos quiſque rite ſecundum eccleſiæ
claues ordinatus cõſecrareq; intẽdens obſeruata uerbo
rum forma cõficere, ex triticeo pane uerum corpus, ex
uino uerum ſanguinẽ Ieſu Chriſti põt. Ipſemet Chriſtus
dominus noſter nocte, quæ paßionis ſuæ diem proxime
præceßit, cum diſcipulis celebrauit, & in memoriam ſui
ipſius celebrandũ, manducandũq; perpetuo inſtituit, et
cõſecrauit. Magna fide circa id neceſſariũ, ut primo trãſ
mutari panẽ in corpus, uinũ in ſanguinẽ Chriſti creda-
tur. Secũdo id licet quotidie fiat Chriſtũ tñ nõ augmen
tari. Tertio manducatũ in dies nõ minui. Quarto ſacra-
mẽto in plures partes diuiſo integrũ Chriſtũ in ſingulis

Chriſtiani a xpo.

Epiſcopi quõ primo itroducti.

Corpus & ſanguis xpi quartum ſacramẽtũ.

Magna fide opus ut tredecim ſequẽtia credantur.

etiam minimis particulis permanere. Quinto ab homine malitioſo manducatũ nõ coinquinari. Sexto ſumentibus malis mortem, bonis uitã æternã conferre. Septimo manducatũ, non in manducantẽ, ut alius cibus, ſed manducantem in ipſum cõuerti. Octauo manducatũ illeſum in cœlum rapi. Nono tam in exigua & modica panis aut uini forma immenſum incõprehenſibilemq; deum & hominẽ Chriſtum comprehẽdi. Decimo unum atq; idem Chriſti corpus uno momento multis in locis, multis ab hominibus, & diuerſa ſub ſpecie percipi. Vndecimo mutata ſubſtantia panis in ueram Chriſti carnẽ, uini in ſanguinem uerũ, naturalia accidentia panis & uini permanere: nõ carnis aut ſanguinis aſſumere. Duodecimo dignè manducãtibus utilitates duodecim maximas, quæ in his uerſibus enumerantur, ſubminiſtrare. Inflammat, memorat, ſuſtentat, roborat, auget. Hoſtia ſpem purgat, reficit, uitam dat, & unit. Confirmat fidem, minuit fomitemq;, remittit. Vltimo tam uiuis quàm defunctis pro quibus à ſacerdote ſpeciatim in ſacrificio offertur miro modo ſaluificũ & utile eſſe, Euchariſtiã cõmunionẽ propterea dici. conſecrabatur quidem ab exordio Chriſtianæ religionis, & adhuc, ut aiunt, apud ſchiſmaticos quoſdam, tantæ magnitudinis unus panis, qui à ſacerdote in ſcutellam cõminutus, omnibus qui ſacrificio aderãt, communicari ſatisq; eſſe poſſet. ex præcepto nãq; olim Chriſtiani de eo quotidie cõmunicabant: deinde dominicis tantũ diebus. Sed cũ nec his etiã dignè obſeruaretur, ꝑceptum in anno ter uel ad minus ſemel, ſacro uidelicet paſchatis tempore, in omniq; uitæ periculo pro uiatico, quo etiã nomine appellatur, Chriſtianus homo quilibet ſanæ ra-

Euchariſtia cõmunio.

Quo tempore ſumendum.

Viaticum.

tionis diligẽtiori qua unquàm poßit, & animæ & corporis ſui ad hoc præparatione percipiat. Matrimonium, quod eſt maris et fœminæ legitima cõiunctio, iure naturali, diuino, gentium & ciuili inductum ſacramentum quintum. Sancti patres in Chriſtiana pietate unum, nõ plura ſimul, publicum non clandeſtinum, in eccleſia uel eius foribus ſolenniter fieri præcepere, ita ſcilicet, ut ſacerdos accerſeatur qui uirum primo, deinde fœminam inquirat. In matrimonium contrahendum utrique ne conſentiant: quibus conſentientibus, quod maxime in eo neceſſarium eſt, ipſe comprehenſis amborum dextris eos indiuiduæ ſanctæq; Trinitatis & unitatis nomine patris & filij & ſpiritus ſancti cõiũgẽs, iubet hortaturq;, ut unanimi huius & mutui coniugij perpetuo memores, uiuẽtes ſe mutuo nunquàm derelinquant, mutuo diligant, mutuo deſeruiant, honorent: procreationi, non libidini ſtudeant: natos ex ſe pueros honeſte & diligenter educent: annulo poſteà eos ſubarrat: & aqua benedicta aſperſos, porrecta ſtola in eccleſiam introducit, ſupplices ante altare, ſi prius benedicti non ſint: benedicit. Mulier rubea uitta, & ſupra hanc candido uelamine obuelatur, ſine quo deinceps in publicum prodire, aut uiris aßidere haud licitum. Duodecim eſſe, quibus matrimoniũ cõtrahendũ impediri, contractũ dirimi rurſus uoluere. Perſonæ utpotè errorem, conditionẽ interpoſitam, cognationem, crimen apertum, ſectæ diſparitatem, uiolentiam, ſacrum ordinem, ligamen, quo alij alter obſtringitur, publicà honeſtatẽ, affinitatẽ, coẽundi impotentiã. Sextũ eccleſiæ ſacramẽtũ Pœnitẽtia eſt à Chriſto pro altera naufragij tabula datũ, Chriſtianus homo

Matrimoniũ Sacramentum quintum.

Matrimonij iura.

Duodecim matrimonio obſtãtia.

Sextũ ſacramẽtũ pœnitentia.

quilibet indubie credere debet in quatuor cōſiſtere. Pec-
Pœnitentia. catorum uidelicet pœnitudine, canonica confeßione, ab-
ſolutione, ſatisfactioneq́;. Primo, non leui, ſed grauißima
pœnitudine in animæ penetralibus ſuper pdita, iterūq;
Confeſſio. amiſſa illa per peccatū puritate & inocētia, quā uel ba-
ptiſmo, uel ſuperioris pœnitētiæ beneficio conſequutus
fuit doleat, & dolore ſiue pœnitudine ea ſe reconcilian-
dum rurſus deo ſperet, omnia quibus ſeſe innocentiam
amiſiße, indignationēq; dei in ſe cōcitaſſe cognoſcit: ſa-
cerdoti prudēti, ore proprio humiliter uerè loco dei cō
Satiſfactio. fiteatur, firmiterq́; credat, à Chriſto illi ceu ſuo in terris
Abſolutio. uicario poteſtatē conceſſam eſſe, ut ſe à peccatis confeſ-
ſis omnibus abſoluere poßit. Poſtremum pro ſatiſfactio-
ne, & culparum remedio non grauatè, uerum alacriter
obeat, quicquid facere iußus fuerit: indubitata fide cre-
dat abſolutum eſſe ſe, quàm mox à ſacerdote abſolutio
Vlti. ſacra. vnctio extrema. debita uerborum forma pronunciata fuerit. Vltimum
ſacramentum Extrema unctio creditur, per oleū, quod
ad hūc uſum ab epiſcopo in ſingulis diœceſibus, annuo
ritu, quinta feria, quæ paſchæ feſtum proxime præcedit,
quemadmodum chriſma conſecratur à ſacerdote ex Ia-
cobi apoſtoli præcepto: & Felicis Papæ in ſede beati
Petri quarti inſtitutione morituris tantūmodo adultis,
atq; eam poſcentibus præſtatur. Præſcripta uerborum
forma & crebra ſanctorum inuocatione, ea corporis
Quæ corporis mēbra inūgantur. mēbra inunguntur, quibus quinq; ſenſus, uiſus, auditus,
guſtus, olfactus, tactus maxime uigere & homo deli-
quiſſe exiſtimatur, utpotè os, oculi, aures, nares, manus,
Extremæ vnctiōis effectus. & pedes, qua concedi, ſi digne percipiatur, nedum le-
uium delictorum omnimodam remißionē, uerum quoq;,

aut mox priſtinam ſanitatem, aut obitum maturiorem
leniorem'q; ſancti patres credi uoluere. Feſti dies quos
per annum ab eccleſia obſeruari præcepere, initium à
Chriſti domini noſtri aduẽtu, quẽ in Decẽbri apoſtolus
Petrus per hebdomadas integras tris, et dimidiã ieiunio
& oratione ante natiuitatem eiuſdem quæ ultimis De-
cembris diebus continuis octo ingenti gaudio & ſolẽni
tate celebratur omnes auſpicantur. Annum in hebdoma
das quinquagintaduas: hebdomadas in menſes duode-
cim, menſes ut plurimum in dies triginta diuiſere. Pri-
ma Ianuarij die, ut ſecundum Moſaicam legem Chri-
ſtus præputio circunciſus ſit, eccleſia recolit. Tertia
poſteà, ut à magis tribus, tribus muneribus adoratus,
atq; à Ioanne in Iordanis flumine baptizatus, nouæ le-
gis primordia iecit. Secunda Februarij die ut immacula-
ta mater eius patrio ritu obediens templo ipſum intule-
rit, & ſeſe purgari permiſerit: in cuius rei memoriã ſo-
lennis ab eccleſia eo die proceſſio peragitur candelæq;
cæreæ benedicuntur. Viceſimaquinta Martij, ut naſcitu-
rus Chriſtus uirgini Mariæ per angelum annunciatus,
ſancti ſpiritus obumbratione in utero cõceptus ſit: quo
tempore, quadraginta etiam dies, quos nobiſcum in ter-
ris agens ieiunauit: & nos ieiunare paſſionemq; ipſius
& mortem, quàm ut nos à diaboli iugo liberaret ſponte
ſua ſuſtinuit, recolere uoluere: ultima illius ieiunij die,
quæ frequẽter in Aprilẽ cadit, maximo oĩm feſto, ut ſu-
perata morte ad inferna deſcendit, diabolo expugnato
redijt ſuis iterum uiuus, & glorioſus multum appa-
ruit, celebrare. In Maio ut ſpectantibus diſcipulis uni-
uerſis propria uirtute in cœlos aſcendit. Quo tempore

Qui dies Chriſtianis ſacri.

Aduentus dñi.

Temporis diuiſio.

Circũciſio chriſti.

Epiphania dñi

Purificatio Mariæ.

Annunciatio domini.

Ieiunium dñi.

Paſſio dñi.

Reſurrectio domini.

Aſcenſio ad cœlos.

Letaniæ minores. beati Mamerti epiſcopi Viẽnenſis inſtitutione per uni-
Pẽthecoſtes feſtum. uerſum Chriſtianum orbem peregrinationes ſeu letania
de eccleſia una ad aliã minores fiunt. In Iunio & Maio
quandoq; ut promiſſus ſpiritus ſanctus diſcipulis Chri-
ſti ſingulis in ignitarum linguarum formis deorſum da-
Trinitatis feſtum. tus apparuit, ac omnium nationum linguas & loqui &
intelligere dedit. Octaua die ſequenti feſtum ſanctæ Tri-
nitati celebre. Deinde quinta ex Vrbani ſexti inſtitutio-
Corporis chriſti. ne: ut in ultima cœna Chriſtus in perennem ſui memo-
riam ſaluberrimum corporis & ſanguinis ſui Sacramen-
tum ſub panis & uini ſpeciebus perpetuo uiſendum,
Apoſtolorum diuiſionis. ueſcendũq; ſuis poſt ſe relinquẽs inſtituit, frequẽti cele-
britate recolitur. Decimaquinta Iulij, ut beati apoſtol
uelut iuſſi fuerant, duodecimo anno poſt domini ſui in
Aſſumptionis Mariæ. cœlos aſcenſionem, ad prædicandum gentibus in orbem
uniuerſum abierunt nouo feſto memoratur. Obitus geni-
Natiuitatis Mariæ. tricis Chriſti decimaquinta Auguſti. Natiuitas octaua
Præſentationis in templum. Septembris, ut templo præſentata à trimatu ibi ad nubi-
les uſq; ad annos deo iugiter ſeruiendo permanſerit, ui-
ceſimaprima Nouembris peragitur. Octaua Decembris
Conceptionis Mariæ. immaculata illius ex diu ſterilibus parentibus conceptio
Viſitationis. ueneratur. Secunda Iulij die, ut montana tranſcendens
Elizabeth cognatam inuiſit. Conſtituti etiam duodecim
apoſtolis, quibuſdam martyribus, nonnullis confeſſori-
bus, & uirginibus, ſacri dies. Viceſimaquarta ſiquidem
Februarij Matthiæ, Marco euangeliſtæ uiceſimaquinta
Aprilis, quo die Letanias maiores Gregorius fieri ordi-
nauit, Philippo & Iacobo maiori prima Maij, Petro &
Paulo uiceſimanona Iunij, & eiuſdem menſis dies uiceſi-
maquarta Natalis Ioannis baptiſtæ ſacra eſt, Viceſima

quinta Iulij Iacobo minori, Bartholomæo uiceſimaquarta Auguſti, Matthæo uiceſima prima Septembris, Viceſimaoctaua Octobris Simoni & Iudæ, Vltima Nouembris Andreæ: Viceſimaprima Decembris Thomæ: & eiuſdem menſis uiceſimaſeptima euãgeliſtæ Ioanni, prothomartyri Stephano præcedens dies dicata, Innocentibus pueris ſubſequens. Laurẽtio decima Auguſti, Georgio uiceſimatertia Aprilis. Martino & Nicolao ſolis ex oĩbus confeſſoribus feſta, huic ſexta Decembris, illi undecima Nouembris tributa. Catherinæ uirgini uiceſimaquinta Nouembris, Mariæ Magdalenæ uiceſimaſecunda Iulij. Eſſe etiã ſub unius Michaëlis nomine omnibus beatis angelis diem uiceſimumnonum Septembris ſacrum. Et in commune omnibus ſanctis & electis dei primum Nouembris uoluere. Septimam præterea quanq; diem, quemadmodum Iudæis ſabbatũ, Dominica appellatione ab omni ſeruili operatiõe prorſus Chriſtianis quietã eſſe: Solũ diuinis laudibus, diuinis ſacrificijs ĩ eccleſia operari. Euãgeliũ & fidei præcepta à ſacerdotibus prædicãtibus addiſcere: ac quibuſcũq; modis cœlestis in nos numinis irã diebus ſex ĩtermedijs prouocaſſe timemus, hac die totũ deprecari expiareq;. Olim quæq; quinta dies pari celebritate obſeruabatur: ſed ne idolatris gentibus quæ Ioui hac die feriabant nonnihil consonaretur, abrogata rurſus fiebat tã dominicis diebus quàm quintis ferijs ante miſſæ inceptionẽ p eccleſiarũ circuitũ à clero & populo ſolẽnis pceſſio, atq; aq̃ benedictæ p ſacerdotẽ aſperſio. Agapitus inſtituit, hãc ĩ memoriã Chriſti aſcẽſionis, ĩ illa glorioſæ reſurrectiõis, quæ de dominica ĩ dominicã, uelut de octaua in octauã

Dominica dies Chriſtianis vt Iudæis ſabbatum ſacra.

Quinta quæq; dies olim ſacra vt dñica hodie

Proceſſio dominico die qua re fiat.

perpetuo feſto celebratur. Per noctes, quæ præcipuos ſolẽnes dies præcedũt, totas olim ex præcepto clerus & populus oĩs in eccleſia diuinis laudibus inuigilabãt: ſed ob plura enormia ſcãdala & crimina, quæ tenebris occultantibus à malitioſis interim perpetrabantur, mos iſte ſublatus, ꝓ eo ieiunia die præcedẽti inſtituta adhuc uigiliarum nomen retinẽt. Quinq; per annum eccleſiam recolere ſtatuere, à dominica, quæ ſeptuageſima à ſeptuaginta diebus, quos includit, ad octauã paſchæ Chriſti domini ieiunium, paßionem, mortem, ſepulturã, præterq; hoc primorũ parentũ miſerabilem lapſum, maximosq; humani generis errores, illos, quibus à ueri nominis cognitione cultuq; abducti, ad idolorũ & malorum dæmonum profanam obſeruationem declinauit. Duram item & intolerabilem illam ſeruitutẽ, quam ſub Aegyptio Pharaone Iſraëliticus populus ſeruiebat: quare in canonicis horis Geneſeos & Exodi libri legũtur & triſticiam tam in geſtu quàm cultu oẽm eccleſia oſtentat. Ab octauo paſchatis die ad octauum pentecoſtes Chriſti reſurrectionem, aſcenſionem, & ſancti ſpũs tranſmißionem: cumq; hoc humani generis deo patri ꝑ filiũ reconciliationẽ redemptionẽq; : ac in qua præfigurata fuit, filiorum Iſraël in terram promiſſionis reſtitutionẽ: noui ob id inſtrumenti libri leguntur, & iucunda lætáq; oĩa repetuntur. Ab octauo deinde pentecoſtes ad Chriſti aduẽtum uſq; per hebdomadas plus uiginti miracula & conuerſationem illius cum mũndo celebrare uoluere: præterq; hoc longam illam peregrinationem, quã à reſtituta ſalute ad extremum ſæculi diem de generatione in generationẽ lõga ſerie humanũ genus facit, unde ob diuerſam

Quinq; per annum eccleſia recolit:

Chriſti paſſionem.

Chriſti reſurrectionem:

Chriſti in mundo conuerſationem.

ob diuerſamfortunā qua uelut in æſtuoſo pelago nauis fluctuatur, eccleſia neq; ſatis exultat, neq; triſtatur, uerum ut caute ambulet, uictoriamq; ex ingruētibus procellis reportet, uarij ueteris & noui inſtrumenti libri præleguntur. A domini inſuper aduentu ad ipſius natiuitatem tēporis meminiſſe, quod à Moſe ad Meßiæ exortum perdurauit, quo certificatum de ſua ſalute humanum genus ex lege & prophetis illius aduentum futurumq; regnum ardentißimis deſyderijs expectauit: prophetias igitur legi & ieiunium obſeruari ſtatuere: ut ecleſia ex his & edocta melius & habilitata domini ſui Chriſti natalem, qui in quarta hebdomada ſemper celebratur, digne exceptum læta ſalutis ſuæ primordia, uelu i continuo feſto ad ſeptuageſimam uſq; digne & merito pertractaret. Oratoria ſiue templa, quæ Eccleſias appellauere, nō niſi Epiſcopi dioceſani permiſſu ædificari uoluere, & comportata ad ſtructuram materia fundoq; ſolidiori reperto: eundem ad hoc accitum lapidem primarium angularem in fundamētis benedicere, ſigno crucis ſignare & orientem ſolem uerſus dirigere: tum primum fabris cæmentarijs ſuperædificare fas eſſe, Aedem i humani corporis ſcu crucis formam. Chorum in quo ſummum altare, & pſallentium clericorum chorus, à quo appellatur, eſſet, caput præſentare oriēti obiectū, rotundum poſteriori ædificio breuiorem: ſed propter oculos, qui in capite ſunt, magis luminoſum, cācellis à reliquo corpore, ueluti collo, diſtingui. Turrim huic unam, aut duas (forſitan aptius) aurium loco annecti. Campanas in his ſuſpēdi, ad populum ad diurna nocturnaq; officia cōuocandum. Poſterius ædificium, ita quoquo uer-

Chriſti expectationem.

Chriſti Ieſu natalem diem.

Chriſtianorum oratoria ſiue templa.

Diſpoſitio templorū Chriſtianorum.

Poſterius ædificium.

ſum conſtitui,ut apte brachia ad dexteram leuamq́; , reliquum corpus cum pedibus porrectum in longum latumq́; ſignificet. Conclaue concameratum,ut plurimum ſub turrium una eſſe : ianuam in chorum habens,in quo ſacrorum uaſa,conſecratæ ueſtes,aliaq́; eccleſiæ utenſilia reponantur, Sacrarium illud dici. Columnas duplici ordine locari,in quarum epiſtylijs teſtudinē aut tectum quieſcere,baſibus inferius altaria applicari,altaria pallis duabus rite inſtrata,Chriſti cruce, aut ſanctorū reliquias conſeruante arcula. Candelabris duobus hinc atq́; hinc diſpoſitis,& libro ſemper exornata eſſe. Parietes *intus & extra incruſtari uariaq́; pictura inſigniri . In ſingulis parochijs ſingulos excauatos & bene munitos lapides haberi , in quibus conſecrata baptiſmatis unda pro baptizandis cōſeruaretur.* Ad *dextera in ſummi altaris parieti aut applicari aut incidi riſcum in quo dominici corporis ſacramentum ac oleum ſacrum pro ægrotis , Chriſma pro baptizandis omni tempore ſub clauſura haberi uoluere. Suggeſtum in eccleſiæ ad hæc medio eſſe:ex quo feſtis diebus populus à ſacerdote ſuo , quæ ſciri opus ſit edoceretur . Clero ſoli chorum in eccleſia locum eſſe,profanæ multitudini poſteriorem partem:diuiſim tamen:uiris dextrum latus , mulieribus ſiniſtrum: boneſto utroſq́; & geſtu & cultu eſſe:quicquid contra bonos mores,contra Chriſtianā religionem eſſet magna diligentia deuitare . Comas in prima eccleſia tam uiros quàm mulieres nutrire,& corpus nudum oſtentare mos fuit.* Nihil*q́; aut parum in corporis cultu differre.* Mulie*res capita obnubere,uiros comas decurtare: & utroſq́; in habitu diſcretos eſſe beatus* Petrus *primum præcepit.*

Sacrarium.

Columnæ.

Altaria et eorū adornatio.

Baptiſterium.

Sacrum riſcū.

Suggeſtum.

Chriſtianorū honeſtas in eccleſia.

Admetiri porrò ſacris ædibus omnibus adiacentē agrū, in quo chriſtianorum hominum cadauera communiter ſepelirentur, Cœmiterium appellari ab Epiſcopo conſecrari, atq; omnibus quibus eccleſia priuilegijs uti. Defunctis non ubiq; æqualiter exequiæ parantur: aliqui enim continuis diebus ſeptem, aliqui nouem, quidam triginta, aut quadraginta, aut quinquaginta, nonnulli centum reliqui toto anno nigris indumentis obuoluti magis quàm ueſtiti lugent, & iuſta quotidie faciunt. Cadauer lotum priusſudarioq; aut cilicio indutum à ſuæ conditionis uiris, clerici à clericis, laici à laicis cum cantu Toletanum concilium efferre decreuit, à ſacerdote thure ſuffitū & benedicta aqua conſperſum cum certis imprecationibus ſepulchro imponi reſupinum pedibus ad orientem, capite ad occidētem ſolem uerſis, terra poſteà obrui. Cœmiterium. Defunctorum exeqæ, & quā diu lugentur. Ghriſtianoruz funeratio.

Sepulchrum in ſignum Chriſtiani ibi ſepulti lignea cruce & circum eam hedera, cupreſſo, aut lauro inſigniri.

Chriſtianæ religionis inſtituta hæc ſunt.

DE EVRO-PEIS MEMORABI-LIORIBVS GENTIBVS.

LIBER III.

CAPVT I.

Europę limites.

POST ASIAM AD EV-*ropam tertiam orbis partẽ ſtylus uertendus eſt, appellatã ab* Europa Age*noris* Phœnicũ*regis filia, quæ à* Ioue *rapta, in*Cretam *abducta fuit.* Ab oc*cidente mari* Atlantico *clauditur, à* Septentrione *oceano* Britannico*, ab oriente* Tanai*,* Mæotide *palude, & Ponto, à meridie* Mediterraneo. Terra *multiformis, & ad uirorum uirtutem ingenue diſpoſita: ciuiumq; & domeſticarum ad alios rerum transfuſiua.*

Europæ laudes.

Eſt enim tota habitabilis: in exigua tantũ modo parte propter frigoris uim inhabitabilis: quæ finitima Tanai*dis &* Mæotidis *incolis* Boryſtenenſibus*q; in curribus degẽtibus: habitabilis autem regionis id quod algidum eſt, & montanum laborioſe habitatur.* Curato*res autem probos ſuſcipientia loca etiam praue habitata & per latrocinia mitigãtur.* Quemadmodum ob*tinentes* Græci *montes petraſq; incoluerunt pulchrè ob prouidentiam circa ciuilia arteſq; & reliquum ad uitam ſenſum.* Romani *quoq; multas gentes accipientes, quæ natura inhumanæ erant, ex ipſis locis aſperis im-*

Græci.

Romani.

portuoſisq; & frigidis,cauſaúe alia male habitatis inſo
ciabiles homines inter ſe,multis alijs admixtis connexue
runt.Et ciuiliter quidem uiuere agreſtiores durioresq;
docuerunt.Quãtum autem Europæ ipſius in plano eſt,
naturalemq; temperiem habet multum adiuuat ad iſta:
quandoquidem id quod eſt in felici regione, pacificum
omne eſt:& quod in triſti,pugnax & uirile:accipiũtq;
hæ gẽtes aliqua inter ſe beneficia:aliæ enim opem armis
ferũt,aliæ fructibus & artibus,morumq; doctrina. Ma
nifeſta uerò ſunt etiam non auxiliantium inuicem detri-
menta.Habet ſuperius quiddam uis arma tenẽtium, niſi
ea ipſa multitudine ſuperetur: adeſtq; terræ ipſi etiam
ultra hoc quoddam naturale bonum,quòd ea ſanè omnis
planicie,montibusq; diſtinguitur. Ita ut uſquequaq; de-
ſcriptibile & ciuile pugnaxq; ſubiaceat: plusq; eſſe alte
rum,id ſcilicet,quod eſt pacis familiare: ita ut hoc uin-
cat adiuuantibus etiam ducibus,Græcorum prius, Ma-
cedonum uerò Romanorumq; poſterius. Ex hoc autem
& ad pacem & ad bellum ſufficiẽtiſſima eſt ſibi.Etenim Europa & ad pacẽ & ad bellũ ſibijpſi ſuffi cientiſſima.
multitudinem pugnacem abunde habet, & quæ agros
colat,& quæ urbes quoque contineat: Excellit hæc &
fructus afferens optimos,uitæq; neceſſarios: & metalla
quæcũq; uſui ſunt,odores ad ſacrificia,necnõ multi ſum-
ptus lapillos ipſa extrinſecus petit.Quarum etiam rerũ
inopibus nihilo deterior, quam abundantibus eſt uita.
Similiterq; pecudum exhibens mitium multarum copiam:
At beſtiarum ferarumq; habet raritatem. Et talis qui-
dem natura eſt Europæ in uniuerſum:parti-
cularis autem pars prima eſt omnium
ab ortu Græcia.

De Græcia, & legibus à Solone Athenienſibus Græcorum longè principibus ſancitis.

CAPVT II.

Græciæ deſcriptio.

GRæcia Europæ regio eſt à quodam Græco, qui latè in ea rerũ olim potitus eſt, appellata. Hæc ab Iſthmi anguſtijs incipit, & à ſeptẽtrione in meridiem uecta, quà ſol oritur Aegeis, quà occidit Ionijs fluctibus obiacet. Thermopylæ mediã dirimunt, ut Italiã Apenninus iuga montium à Leucade & mari ad occidentẽ ſolem uerſo, ad alterum mare, quod ad ortum ſpectat tendentia. Extremos montes ad occaſum Oetham uocant, quorum, quod altiſsimum eſt, Gallidromum appellant, per cuius uallẽ in Malliacũ ſinum iter eſt, nõ latius .lx. paſsibus. Hæc una uia militaris eſt, per quã, ſi nemo prohibeat, traduci põt exercitus: cætera loca adeò ardua & perplexa, ut ne expeditiſsimis quidẽ ſint peruia: ideo pylæ, quaſi portæ, dictæ: & à calidis aquis inibi naſcentibus Thermophyle. Iacent ad mare uerſa, Acarnania, Aetolia, Locris, Phocis, Bœotia, Euboia penè terræ annexa, Attica & Pelopõneſus, lõgius prædictis in mare excurrunt, diuerſa montium ſpecie: & qua ad ſeptẽtrionem obuerſa iacet, includitur Epirus, Perrebia, Magneſia, Theſſalia, Pthiote, & ſinus Malliacus. Athenæ ciuitas liberalium literarum & philoſophorum mater, & qua nihil habuit tota Græcia clarius atque nobilius, fuit inter Achaiã & Macedoniã in regiõe quæ Attica appellatur, ab Atthis filio Athenarũ regis, q Cecropi in regno ſucceſsit, & Athenas cõdidit, unde & Cecropia

Thermopylæ. Apenninus.

Gallidromus.

Regiões Græciæ.

Athenæ et ciuiũ inſtituta.

Athenarum appellatio.

dicta eſt,& poſteà à Mopſo,Mopſopia:& à Ione Xuti filio,uel,ut Ioſephus ſcribit,a Iano Iaphet filio Ionia:poſtremò à Minerua Athenæ:Græci enim Mineruã Athenam uocant.Athenięſibus Draco primum leges cõſcripſit,deinde Solon Salaminius multis prioribus ob pœnarum magnitudinẽ abrogatis:omnibus enim ferè legibus quas Draco tulerat pœna erat morte diffinita, ut ocij et deſidiæ cõuicti,capite plecterẽtur.Qui olera,fructus ue in alieno prædio legiſſet,eodẽ quo & parricidæ ſupplicio puniretur.Ciuitatem ſenſus æſtimatione Solon in ordines diſtribuit.In primo ij fuere,quibus quingentorũ Medimnum eſſet cenſus.Secũdo dein loco adſcripti,qui trecẽtis cẽſi forẽt,equosq; alere poſſent. Tertius equorum onere adempto pari cẽſu æſtimatus.Et ex his ferè ordinibus Magiſtratus creari,qui infra fuerunt Mercenarij nũcupati,cõcionis habẽdæ,iudicandiq; munia,cæteris excluſi magiſtratibus obibant. Quam ciuilẽ inſtitutionem Romæ Seruius Tullius magna ex parte imitatus creditur.Concilium in Areopago ex annuis magiſtratibus conſtituit,inſtituti huius Draconem autorem prodiderunt.Quidam ſecundum hæc, quæ dixi, ut omnem Solon ciuilis diſcordiæ occaſionem in futurum tolleret, ne temeraria multitudo incertis (ut ſolet) flatibus iudicia turbaret: ex quatuor tribubus, quæ Athenis erant quadringentos legit uiros,ex ſingulis centum: his permiſſum,ut quæ Areopagitæ decreuiſſent, ſi æqua uiſa forent, probarent: ſi minus eſſent placida, pari poteſtate reſcinderent. Atque ita, uelut duabus anchoris nixus, aduerſus omnes fluctus immobilis manſurus ciuitatis ſtatus uideri potuit. Parricidij, affectatæq;

Dracõis leges.

Ciuitas in ordines diſtributa.

Concilium in Areopago.

Quatuor tribus.

Quadrigẽti uiri Areopagitis additi.

tyrãnidis dãnati, ne magiſtratum caperent lege uetuit. Nec hos ſolum ab honorum petitione excluſit, ſed eum quoq;, qui orta in ciuitate ſeditione neutram partiũ ſecutus eſſet, mali ciuis eſſe ratus, quum proprias rationes in tuto collocarit, nulla cõmuni cura ſolicitudineúe teneri. Habuit *nec minus admirationis illud, ut fœminæ, quæ uiros parum ad rem uenercam idoneos ſortitæ eſſent, unum, quem uellent, ex mariti propinquis impune admitterent.* Pecuniarias *dotes è medio ſuſtulit, ut pauca ueſtimenta, & uaſa quædam paruo empta paterna domo ferret mulier: teſtatus coniugij ſocietatem, non precio, ſed natorũ charitate iungi oportere: ne in defunctos uita maledicta iacerẽtur. Si qs in ſacro aut in iudicio, ciũi cõ uitium feciſſet, quinq; dragmis mulctaretur. Legãdæ pecuniæ, cæterarumq; rerum facultatem teſtari uolẽtibus permiſſam, quum prius patrio inſtituto in familia eſſe debere cenſerentur, quæ amicitia propinquitate prælata eſt, & gratia neceſſitati, in ea cautum ne dementia ſubdoláue perſuaſione fieret. Ploratus & lamẽtationes in alieno funere ſuſtulit. Nec ſubſidia alimẽtaúe ulla filius patri deberet, à quo non arte eſſet aliqua ad uſum uitæ inſtitutus. Qui illegitimo eſſent thoro ꝓcreati, neu parentes alerent. Enimuerò qui meretricio non abſtinet cõ greſſu, is perbelle demõſtrat, ſe non liberorum procreationi, ſed uoluptati ſtudere, ſeq; ipſum mercede priuat. Mœchum in adulterio deprehenſum impunè necari uoluit. Qui uim ingenuæ uirgini intuliſſet decem dragmis mulctari. Ius uendẽdæ filiæ ſororisúe ſuſtulit, niſi adhuc in ſtupro deprehenſæ. Qui Iſthmia uiciſſet, centum dragmas, qui Olympia, quingentas præmium ferret.*

Lex admirãda ꝑ mulieribus.

Dotes pecuniariæ ſublatæ.

Legandæ pecuniæ facultas permiſſa.

Luctus in alieno funere inhibitus.

Adulterorum pœna.

Victorum præmia.

Qui lupum uictum attuliſſet quinq; dragmas ex publico acciperet. Qui lupam dragmam unam: hoc pecoris, illud bouis precium: uetus fuit Athenienſium hanc beluam inſectari, quippe quæ æque ſit pecuariæ rei et agrorum cultui infeſta. Eorum *liberos qui in prælijs occubuiſſent publicè nutriendos erudiendosq; præcepit, quo ſanè animati ſinguli fortiter ac ſtrenue in bellis dimicarent. Voluit etiam ut & is qui oculos in bello amiſiſſet publice aleretur. Præclare & illud ſtatuit curatorem cum pupillorum matre non inhabitare. Cauit ne is fieret curator, ad quem poſt pupillorum obitum ſubſtantia ſpectaret. Illud itē, non licere anulario uenditi anuli ſeruare ſigillum.* Et *qui alteri unum oculum eruerit, ei ambos erui debere.* Et *quæ non poſuiſti ne tollas, ſi quis ſecus facit capitale eſto. Principem ſi ebrius deprehenſus eſſet, morte mulctādum. Athenienſes ut dies ſecundū lunæ curſum agerent monuit. Ex omni genere frugum mel & cæram extra* Atticos *fines aſportari permiſit. Nullum ciuitate donari niſi opificem, qui cum tota domo ſe* Athenas *cōtuliſſet, aut perpetuo exilio natali ſolo pulſus eſſet, cenſebat.* Has *leges Solon ligneis tabulis, quas* Axionas *dixere, notatas, in cētum annos ſanciēdas curauit, haud ignarus fore, ut his ciuitas longa tēporis intercapedine aſſueta, in perpetuum deinceps ſanciret.* Herodotus *in decem annos* Atticis *legibus cautum prodidit. Sed ut ſanctiores eſſent, magisq; obſeruarentur, aliorum legumlatorum more, qui latas leges ad numen aliquod referre ſolent, ipſe, quemadmodum* Draco *anteà, Mineruam ſuarum autorem dixit: atq; in uerba ſua iurare in foro ad lapidem ſenatum populumq; indu*

Lupus ab athenienſibus inſectatus.

Occiſorum in bello liberi ex publico aliti.

Curator pupillorum.

Prīceps ebrius morte multandus.

Legum tabulæ Axionæ dictæ

Minerua athenienſium legū autor.

xit. Fuerunt Athenienſes nõ aduenæ, neq; paßim collecta populi colluuies originem urbi dedit, ſed in eodẽ nati ſolo, quod incolunt: & quæ illis ſedes, eadem origo eſt. Primi lanificij, & olei, & uini uſum docuere, arare quoq; & ſerere frumenta glande ueſcentibus monſtrauerunt: literæ certæ, ac facũdia, & hic ciuilis ordo diſciplinæ ueluti templũ Athenas habent. Tres leges, quæ in Neptuni placationem à Cecrope in mulieres, à quibus deus ipſe ſuffragio faſtiditus fuerat, & Mineruæ poſt habitus, late erant, adhuc obſeruabantur, uidelicet, ne ulla unquàm mulier ſenatum ingrederetur, ut nulla earum proles maternũ nomen accipiat, ne quis eas Athenæas ſiue Athenienſes dicat, ſed Atticas. Cæſos in bello Thucidide autore in hunc modum ſepeliunt, facto ante triduum tabernaculo, mortuorũ oſſa proponuntur, & ſuorum quiſq; reliquijs, ſi quid lubeat, imponit, quum efferuntur ſingularum tribuum ſingulas tribus ſuæ quanq; tribus oſſa continentes uehicula portant. Vnus item thorus inanis fertur, conſtratus eorum, qui non extant, qui inter cæſos non fuere reperti. Efferunt autem promiſcue uoluntarij quiq; uel ciues uel hoſpites fœminis propinquate coniunctis ad ſepulchrum eiulantibus, conduntq; in publico monumento, quod eſt iuxta monumẽtum Calliſti, apud ſuburbana, ubi ſemper eos ſepeliũt, qui in bello ceciderunt: præterquam, qui in Marathone, quorum ſingularẽ fuiſſe uirtutẽ exiſtimantes, eodem in loco ſepulchrũ fecerũt: poſteà uerò quàm eos humauerunt, aliqs ab ipſa ciuitate delectus uir haud quaquam pro incõſulto habitus, & cui pro dignitate cõueniat, ſuper eos orationẽ habet, qualem decet de eorũ laudibus:

Athenienſium origo & iucta.

Tres leges in Neptuni placationem in mulieres.

Cæſos in bello quomodo Athenieſes ſepeliãt.

Monimẽtum Calliſti.

Marathõ ciuitas non procul ab Athenis.

qua habita diſceditur, hoc quidē more ſepeliūt, quo per omne belli tempus quoties id accidit legitime utuntur.

De Laconia & Laconum ſiue Lacedæmonum inſtitutis.

CAPVT III.

LAconia in Pelopōneſo prouincia, quæ & Oebalia et Lacedæmonia dicitur, à Lacedæmone Iouis & Thaygetæ filio: à quo etiā clara & potēs ciuitas in eadem regione ædificata eſt atq; appellata. Hæc quoq; Spartha dicta eſt, à Spartho Phoronæi filio, Agamēnonis regia fuit. Lycurgus īſignis philoſophus Polydectis Regis frater quū uita illo defuncto imperio relicti filij tutoris nomine aliquādiu adminiſtraſſet, ciuitatis ſtatum atq; regionis optimis inſtitutis, optimis legibus excoluit. Quum anteà ex omnibus ferè Græcis ſoli Lacedæmonij peſſime morati eſſent, tam circa ſe quàm circa hoſpites, nullo cōſuetudinis cōuerſatiōisq; cōmercio Lycurgus ergo audacter rem aggreſſus, omnia iura, inſtituta, & priſcos uiuēdi ritus abrogauit atq; ciuiliora quædā multoq; laudabiliora inſtituit. Primū omniū ſeniores de Republica electi, qui cū Regibus qui duo numero creati ſunt conſultarent: is ordo uelut arbiter fuit, inter regiā poteſtatem, & uim multitudinis: ne, aut hæc cōtumacia ſæuiret: aut imperio illi. Octo & uiginti ſeniores (tot enim fuiſſe Ariſtoteles ſcripſit) duobus regibus aßidebant, ne nimium Democratia inualeſceret prouidentes: & rurſus, ne qui Regnum tenerēt, tyrannicū quippiam molirentur, quæ hic ordo decreuiſſet, cætera multitudo ut ſciret neceſſe erat. Addita deinceps poſt multos

Oebalia Lacedæmonia.

Spartha.

Lycurgus philoſophus legiſlator.

Reges ſimul apud Lacedæmones regnabant.

Octo et uiginti ſeniores.

Democratia id eſt principatus populi.

Ephororũpoteſtas.
Oligarchia.

annos Ephororum *poteſtas,huic paucorum adminiſtratiõi,quæ Græco uerbo Oligarchia dicitur,poſteaquàm nimis uiſa eſt ferociſcere:eſtq́; quaſi frænũ concilio illi iniectũ,accidit id tamẽ centeſimo à Licurgi interitu anno,quũ Theopõpus regnaret. Alterum ab Oligarchia inſtitutũ,agrorũ diuiſio:perſuaſit illi multitudini, ut ſolum omne Laconicũ in medio poſitum æquis in ſingulos portionibus diuideretur:oportere ratus ciuẽ ciui ingenio,& uirtute non luxu,& diuitijs præſtare. Abijt igitur uniuerſa terra in ſortium nouem & triginta millia: in nouem millia urbanus ager. Paganicus & Municipalis in triplo & amplius maiorẽ numerum:portio quælibet ea fuit,quæ uiro frumẽti medimnos. lxx.fœminæ xij. annuos ferret. Habuit à principio animo & res mobiles diuidere,ſed inuidiã ueritus, quæ inde imminebat (plures enim uidebantur id ægrè laturi) omnem auri argentiq́; uſum è medio ſuſtulit, ferreumq́; nummum induxit, percußitq́; decuſſem, quem iußit minime ualere,ac tum demum omnis furandi occaſio ſublata eſt. Ignitũ ferrum ex quo nummũ percußit aceto extinxit, ut ad rẽ nullam amplius ob mollitiem utile redderetur. Omnes ad hoc artes ut inutiles urbe eiecit: quãquàm artifices ipſi ſublato auri uſu ſua ſponte inde tranſmigrarunt,quum ferrei nũmi apud alios in uſu non eſſent. Mox uerò ut omnem ex ciuitate tolleret luxum,publica conuiuia inſtituit, ut diuites promiſcue & inopes uni adhiberẽtur conuiuio, uniſq́; ueſceretur epulis. Ac ne lautorum quiſquam cœnatus in publicum ueniret, qui minus cupide & hilariter ueſceretur,ut parum frugi à proxime accumbentibus obiurgabatur; quo planè inſtituto omnis uetus è me*

Agrorũ diuiſio

Auri & argẽti uſus e medio ſublatus.

Artes oẽs apud Lacedęmones ſublatę.

Luxus omnis ſublatus.

dio luxuria ſublata eſt. Exarſerunt ex ea re potentiorũ iræ, impetuq́; in eum facto, alter eſt illi oculus baculo excuſſus, quare cautum, ne Spartiatæ cum baculo amplius ad conuiuium intrarent. Hunc conuiuandi ritum Philias dixerunt, haud dubiè publicæ amicitiæ & humanitatis argumenta: uel ꝙ quaſi Phiditia dicerent, ꝙ ita cõuiuãdo φειδοῖ, id eſt, parſimoniæ aſſueſcerent. Qui ſacrificij aut uenationis cauſſa conuiuio non occurriſſent, his domi cœnare permiſſum, cætera multitudo aderat, conferebant ad hoc conuiuium quotannis ſinguli farinæ medimnum unum, uini coros octo, caſei quinq́; minas, ficuum quinq́; ſemis minas. Frequentabant id pueri etiam uelut temperantiæ, omnisq́; ciuilis diſciplinæ gymnaſium: aſſueſcere ibi urbanis ſermonibus, iocariq́; cominiter diſcebant, ac ſine ſcurrilitate cauillari. In re uxoria haud tã pudicitiæ quàm procreationi ob aſsiduã militiam eſt conſultũ, eouſq́; uxoribus indultum, ut eas uiri heras appellarent. Virgines curſu, paleſtra, diſco, iaculo, exercebantur: ut ocio & mulieribus delicijs ſublatis robuſtiores ad tolerandos partus fierent: nudæ ut pueri in aperto uerſari, ſaltare & cantare in ſacris quibuſdã præſentibus ſpectantibusq́; iuuenibus: nudatio illa nihil turpe habuit: aderat nanq́; uerecundia, petulãtia omnis aberat. Hinc illa indoles tẽpeſtiuaq́; in Laconicis fœminis ad omnia prõptitudo. Qui cœlebs uixiſſet Gymnicis ſpectaculis arcebatur, nudusq́; hyeme forum circuibat, ne ut cæteri ſenes in honore apud iuuenes eſſet. Nubebãt uirgines raptu maturæ uiro. Paranympha in cubiculum abducta capillos ad cutem reſecabat: ſponſus inde ad eam ingreſſus cingulum ſoluebat, noctu tantum cum ea

φιλίας, id eſt, amicitias

φειδίτια id eſt ſodalitia.

Ad publicũ cõuiuiũ quid ſinguli cõferebãt.

Vxores heræ appellatæ.

Virginũ ſtudia

Cœlibes ludibrio habiti.

Raptu nubunt virgines.

congrediebatur, nec prius ſponſam aſpiciebat interdiu quàm ex illa factus eſſet pater. Filiorum & ſobolis di- gnis hominibus permiſſa. Licebat ſeniorum cuiq; hone- ſtum ex iuuentute ac probum aliquem ad uxorem pro- creationis cauſſa adducere: atq; ubi eā alieno ſemine im- pleſſet, ſuū quod naſceretur efficere: neq; probro dari ſi quis huic, qui fœcundam pudicamq; haberet uxorem ſuadere eſſet auſus, ut cum ea ſibi congredi liceret, ceu bono fertiliq; ſolo operaturus liberorū cauſſa. Ridebant ad hæc quarundam gentium ſtultitiam, quòd canes & equas nunc precio nūc gratia optimis eius generis ani malibus ſupponerēt: uxores præſidio cuſtodirēt: ex illis ſoli ipſi ſiue amētes eſſent, ſiue ægri infirmiq; generare uellent. Ius alendi partus nullum parentibus, natus in- fans in publicum deferebatur ad locum quem Ieſchē di- xere, ubi magno effecto puero uiri pueri formā intuiti, ſi probaſſent, ex nouem millibus ſortium in quas urba- nus ager diuiſus erat, unam illi curabant adſcribi. Infir- mum & deformem ad apothecas locum, haud longe à Taygeto præcipitem ac præruptum exponendum da- bant, utpotè Reipublicæ inutilem. Mulieres uino non aqua pueros abluebant, quo liquore admoto conſtat re- ſolui corpora debilitariq;, ſi qua ſunt Comitiali morbo obnoxia. Nulla lotis fomenta adhiberi, nulla teneris cre pundia, ſolitudinibus tenebriſq; aſſueſcere. Ob idq; ex- externarum gentium quidam Laconicas nutrices liberis alendis adhibuerunt. Pueri à ſeptimo anno in æqualium cœtu exerceri, literaſq; pro neceßitate addiſcebant: re liqua diſciplina toleratu percipiebatur. Ad cutem pueri tondebantur: nudis calcibus ambulare, duodecimo anno

Sponſus ſponſam nō aſpicit antequā pater ſit factus.

Ius alendi partus parentibus nullum.

Infantes īfirmi pręcipitio necati.

Puerorū Lacedæmonū educatio.

Exercitia.

tunicā unam patrio inſtituto ſortiri,neq; balneas, neq; fomenta ſcire. Thoris ex arundine cōſtructis quietē capiebant: Hyeme eos quos Lycophones dixerunt thoris immiſcere. Iren qui cœtui præerat,is creabatur, qui uno anno aut altero cæteros anteibat,grandiores lignari imperabat,minores onera furto quærere. Maiorum conuiuia ingredi, inde etiam aliquid furari: qui deprehenſi erant in furto flagris admouebantur: nō quia nefas eſſet furari,ſed quòd parū prudēter, & ingenioſe eſſet id ab eo factum. Iren quoſdam canere iubebat, alios argutas quæſtiones proponere,breue eſſe oportebat,ſubitumq; reſponſum,quòd ſi quis negligentius feciſſet, huius pollex ab Irene acrius mordebatur. Inſtituebantur ad hæc graui uti oratione,ſed quæ iocūditate nō careret,ſentētijsq; breui ſermone complexis,ita ut res in prouerbium abierit: facilius philoſophari homines poſſe,quàm Laconicū ſermonē imitari. Operæpreciū eſt etiā cognoſcere quale ab initio ſtudium fuerit omnium ætatum, quanta ad uirtutē contentio,atq; æmulatio. In tris diſtincta erat choros omnis ætas. Tū in ſolēnibus ſacris ſeniorū cœtus canere exorſus, Fuimus olim robuſti & iuuenes canora uoce pronūciabant. Tum adultæ ætatis eū excipiēs, nos quidē iuuenes ſumus & fortes reſpōdebant: idq; ſi libet experiamini: ad eam puerilis chorus, tam boni erimus, & meliores. Plutarchus autor eſt ad ſua uſq; tempora perduraſſe Laconicos quoſdam modulos, quibus illi ad tibiam in hoſtem ituri uti conſueſſent. Thucidides Laconici huius inſtituti relator, tibiarum modulos in prælijs ſos ſcriptum reliquit: negat tamen id aliquo religionis ritu reiúe diuinæ cauſſa fieri ſolitū,neq; ut uibrarentur

Iren puerorum præceptor.

Furari hōeſtas habita a Lacedæmonijs.

Prouerbium.

In choros tres ætas omnis diuiſa.

Cantus tibiarū in bello uſurpatus.

animi excitarenturúe ad pugnam (quod cornua & lituí apud Romanos factitarunt) ſed ut æquali modulatoq; ſenſim greſſu conuenientes pugnam capeſſerēt, nec ſuos ordines diſtrahi ſinerent. Extat Laconici *uatis* carmen, *quo apparet nō tibia ſolum* Spartiatas *in procinctu uſos, ſed* Citharæ *etiam concentu: qui mos & ipſe à* Cretēſibus *ſumptus uideri poteſt*. Herodotus Halyatē *Lydorum regem ſcribit fiſtulatores & fidicinas, & quod penè indignum relatu ſit, cōuiuiorum etiam delicias in acie habuiſſe, eo bello, quod Mileſijs intulit*. Romani, *præter cornuum & lituorum concentum, ardentiſſimo militum clamore bellum capeſſebant: quod lōge diuerſum ab eo eſt, quod* Homerus *de* Achæis *ſcripſit, quos tacitos fecit ſpiritanteſq; robur in pugnā procedere.* Galli *tripudio, ut* Polybius & Liuius *ſcribunt, ſcutaq; ſuper capita quatientes.* Barbarorum *quidam cum ululatu prælium ineunt.* Ex *qua rituum uarietate poteſt intelligi, cæteras gentes nō id quod Spartani in bellico cōcētu ſecutas. Capillos prætereà à pubertate ex īſtituto alebāt memorabili legūlatoris dicto, comātibus capitibus multo pulchriora fieri humana corpora, quæ ſi ſint alioqui deformia, capillo haud dubie feroceſcant.* Præliū *initurus rex* Muſis *caprā īmolabat.* Domi Militiæq; *certa uiuēdi lege ſunt uſi, bellicaq; exercitatione, patriæ non ſibi natos arbitrantes.* Nullas *quæſtuoſas tractabant artes, bellicæ tantum exercitationis ſtudio teneri.* Solēnibus *epulis reliquum dabatur tempus, eoq; per hæc uentū eſt, ut quemadmodū præclare ſcribit* Plutarchus, *Spartani neq; nollent, neq; ſi uellēt, ſcirēt amplius priuatim uiuere, eſſentq; ex omni parte patriæ dediti.*

Citharæ cōcentu in procinctu Lacedæmones vſi.

Cornuū & lituorum cōcentu clamoreq; Romani bellū capeſſebant.

Galli cū tripudio bellum inierunt.

Barbari cum vlulatu.

Rex bellum initurus Muſis ſacrificabat.

Suffragandi

uffragãdi ratio,ut cætera ab alijs gẽtibus diuerſa, pau Suffragãdi ratio admirãda.
i ad hoc ipſum delecti conclaue Comitio propinquum
bibant:unde ipſi neq; quempiam uiderent,neq; ab ullo
derentur.Tum uerò,ut primo,alteroúe loco competi-
rum nomina ſortito educta eſſent,quãtus uocũ aſſen-
s ad ſingula nomina ortus eſſet,diligenter attẽdebãt:
quoto qſq; clamor loco maior minorúe eſſet ad ipſo-
m aures redditus tabella ꝑnotare,ex qua in publicum
iſſa percipiebatur,cui competitorum plures eſſent uo
*s ſuffragatæ.*Primus ad hæc Lycurgus *omni ſuperſti* Cadauera in urbe ſepelire permiſſum.
one ſublata permiſit cadauera in urbe ſepeliri,tũ etiam
*rca templa ſortiri monumẽta.*Nec *uiri nec fœminæ no*
en licebat cuiquam ſepulchro inſcribere,niſi eorũ, qui
*rtiter in bello periiſſent.*Lugẽ*di tempus undecim erat* Luctus funebris undecim diebus.
*ebus finitum.*Nec *ciuibus peregrinari permiſſum, ne*
ienos mores urbi importarẽt.Quin & peregre eò de-
ti,niſi qui reipublicæ utiles eſſent, urbe excludebãtur: Peregrinari Lacedæmonibus prohibitum.
quid(ut Thucidides *habet)* Laconicæ *diſciplinæ pere*
inæ gentes imbiberent,quod ſatis inhumanè haud im-
*erito aliquis dixerit.*Vel,*ut* Plutarchus *ſcribit, ne mu-*
o congreſſu noui ſermones in urbe orirẽtur, & ex his
ua iudicia,diſſonæq; uolũtates,quæ publicæ rei per-
*cioſiſſimæ eſſe ſolent.*Iuuenibus Lycurgus *nõ amplius* Iuuenum ueſtitus.
a ueſte toto anno uti permiſit;ne aliquẽ cultius quàm
*erũ:non ſplendidius,ut dictum eſt,epulari.*Emi *ſingu*
*non pecunia,ſed mercium cõpenſatione iuſſit.*Pueros Pueri in agrũ nõ in forum ducebantur.
beres non in forum,ſed in agrum deduci iuſſit,ut pri
s annos non in luxuria,ſed in omni labore & opere
*erent.*Nihil *eos ſomni cauſſa ſubſternere,& uitã ſine*
lmento degere, nec prius in urbem redire, quàm uiri

Virgines ſine dote nubere.

Seniū apud Lacedæmones honoratiſſimum.

Apollo autor legū apud Lacedæmones.

Lycurgus volũtario exulat

Regum Spartiatarū dignationes.

Belli tẽpore.

Pacis tẽpore.

facti eſſent ſtatuit. Virgines ſine dote nubere iuſsit, ut uxores nõ pecuniæ cauſſa eligerẽtur: ſeueriusq; matrimonia ſua uiri coërcerent, cū nullis frænis dotis tenerẽtur. Maximū honorem non diuitū & potentū, ſed ſenū eſſe uoluit, nec uſquam terrarum locū honoratiorem ſenectus habet. Regibus poteſtatẽ bellorū, magiſtratibus iudicia, & annuas ſucceſsiones, ſenatui cuſtodiam legū: populoq; ſublegendi ſenatū, uel creandi quos uellet magiſtratus poteſtatẽ cõceſsit. Hæ quoniā leges aut noua inſtituta ſolutis anteà moribus dura eſſe uidebantur: eorum autorem Apollinẽ Delphicū finxit: & inde ſe eas ex præcepto Numinis detuliſſe, ut conſueſcendi tædium metus religionis euincat. Deinde, ut æternitatẽ ſuis legibus daret, iureiurando ciuitatem obligauit, nihil eorum quæ ſanxiſſet mutaturam, priuſquàm reuerteretur: ſe ad oraculum Delphicū profecturum, conſulturū quid mutandum addendumúe legibus ſuis illi uideatur. Proficiſcitur autẽ Cretam, ibiq; perpetuum exilium egit: præcepit etiam moriens oſſa ſua in mare abijci, ne Lacedæmonem delata Spartani ſe de nõ mutandis legibus à iuramẽto abſolutos putarent. Libet hic quoq; aſsignare quas dignationes Regibus ſuæ Spartiatæ olim tribuerunt: duo ſacerdotia Iouis Lacedæmonij, & Iouis Cœleſtis: & ius belli in quamcunq; libuerit regionem inferendi, ut id nulli Spartiatarum prohibere fas ſit, alioqui piaculari crimine teneatur, ut in expeditiõibus adeundis primi eant reges, in abeunda poſtremi ſint. Centum delecti uiri eis in militia cuſtodes adſint. In egreſsibus utãtur quotcūq; pecoribus libuerit, quorum immolatorum pelles omnes ac terga accipiant. Bellica hæc. Alia ſunt quæ pacis tẽ-

pore eis tribuūtur: quoties in aliqua republica euiſceratio ſit, primi in cœna reges diſcumbant, & ijs primis diſtribui incipiat, utriq; eorum duplum omnium quàm cæteris conuiuis, libaminaq; immolatorum & coria eorum ſint. Singulis quoq; Calendis inſtantis menſis ſingula pecora utriq; è publico dētur Apollini immolanda, & farinæ medimnū, id eſt, ſex modia, & uini Laconicus quartarius. Et in ſpectaculis ſingulorum certaminū certis locis præſideāt, liceatq; quibuſcunq; libeat ciuibus inniti, & utriq; binos eligere Pythios. Sunt autem Pythij, qui Delphos ad cōſulenda oracula mittuntur, quiq; publicè cum regibus paſcuntur. Regibus ad cœnam nō euntibus binæ Chœnices, id eſt, ſemimodia farinæ: & uini ſingulæ Cotylæ, id eſt, ſextarij: præſentibus dupla dentur omnia. Eadem ratione pupilla utri danda ſit, ſiue cui mater, an cui pater deſponderat, necnon de uijs publicis, et ſi quis adoptiuū filium facere uelit inuitis regibus. Liceat quoq; eis pro ſuo arbitrio aſſidere in ſenatu, qui cōſtat ex duo de triginta ſenibus: ſi eò non acceſſerint eorum maxime propinqui, duo ſenatores ius regum obtineant, duos calculos ponendi, tertium pro ſeipſis. Viuentibus hæc regibus à republica Spartiatarum tribuuntur, illa defunctis. Equites per uniuerſam Laconicam obitum Regis enunciant, Fœminæ per urbem circumeuntes ollas pulſitant: quumq; hoc fit, neceſſe eſt, ex ſingulis domibus duos ingenuos, marē & fœminam luctu fœdari, magnis pœnis (niſi hoc faxint) impoſitis. Eadem circa funus regum cōſuetudo Lacedæmonijs eſt, quæ Barbaris Aſianis. Nā plæriq; Barbarorum eodem ritu in mortibus regum utuntur. Si quidem poſteaquàm mortē obijt Lacedæmoniorū rex,

Pythij qui uocati.

Chœnix.
Cotyla.

Honor defunctis regibus exhibitus.

Exequiæ regũ Lacedæmoniorum.

Publicus in Lacedæmoniorũ regũ funere luctus.

oportet eius exequijs adeſſe ex omni Lacedæmonis regiõe neceſſarios quoſq; Spartiatarum, qui ſunt numero uicenorum, quorum & itẽ ſeruorum atq; ipſorũ Spartiatarũ: poſteaquàm multa millia in unũ coacta ſunt promiſcue cũ mulieribus frontes ſuas intrepide plãgunt, & ululatu immenſo utuntur. Vltimũ quenq; regum dicentes ſemper fuiſſe optimum. Qui uerò regum in bello perijt, eius ſimulachrum, quũ expreſſerunt, in thoro bene ſtrato efferunt: cuius tumulatione decem dies iuſtitium eſt, nullusq; magiſtratuũ conſeſſus, ſed luctus continuus: in hoc quoq; cum Perſis iſti cõueniũt, quòd defuncto rege alter, qui ſuccedit, liberat ære alieno, quicũq; Spartiata aliquid aut regi aut reipublicæ debebat. Apud Perſas, q rex creatus eſt, omnibus ciuitatibus tributum, quod debebant remittit. Cum Aegyptijs etiã Lacedæmonij in hoc cõgruunt, quòd eorũ præcones & tibicines & coqui in paterna artificia ſuccedũt, & coquus è coquo, & tibicen ex tibicine, & præco ex præcone gignitur, neq; ulli propter uocalitatem alijs inſidiantes ſeipſos ingerũt, ſed in paterno opere perſeuerãt, atq; hæc quidem ita fiunt.

De Creta inſula, & Cretenſium celebratis moribus.

CAPVT IIII.

Cretæ deſcriptio.

CReta, quæ & Candia dicitur, inſula in mediterraneo mari centũ urbiũ fama clara: hæc ut Strabo ſcribit à ſeptẽtrione Aegeo alluitur pelago & Cretico, ab auſtro Libyco, ad occidẽtem Egilã & Cytheram ſpectat, ad oriẽtẽ Carpathõ. habet in lõgitudine. cclxx. millia paſſuũ, in latitudine qnquaginta millia. Circuitus

eius quingẽta octoginta octo millia paſſuũ cõplectitur. Inſignes in ea urbes ſunt Cortina, Cydonea, Gnoſum, Minois regia, & Ida mõs omniũ q in ea ſunt celeberrimus, celſiſsimo is uertice aſſurgit. Apollodorus lõgitudinem eius duũ milliũ trecentorumq; ſtadiorũ tradit, circuitũ quinq; milliũ et amplius. Artemidorus mille minus. Nullũ in Creta animal noxiũ eſt. Serpẽs ibi nulla: nulla noctua: & ſi inueniatur ſtatim moritur. Capris copioſa. Ceruis eget. Optimi uini feraciſsima. herbã producit, quæ dipta mos dicitur: & Alunoſam, quæ morſa diuturnam famem prohibet. Sfalangos etiã uenenatos gignit, & lapidẽ qui Idæus dactilus dicitur. Cureta olim uocabatur ab habitãtibus Curetibus & per ſyncopam Creta. Alij dicũt Cretam dictam à Crete quodam Iouis filio Curetum Rege. Alij à Crete Nympha Heſperidis filia. Incultũ hominũ genus à principio habuit, Rhadamantus ad manſuetiores uitæ ritus perduxit, ſequutus inde Minos qui æquitate & iuſtitia adhuc magis exoluit. Plato autor eſt Lacedæmonios & alias uetuſtiſsimas Græciæ ciuitates hinc ſibi leges et inſtituta quæſiuiſſe. Optimũ gẽtis ſtatũ euertit primo tyrannicus dominatus, mox & Ciliciũ latrocinia. Fuit gens ab initio libertatis ſtudioſa ea ſe poſsidere arbitrati, quæ nõ eſſet tyrãnorum libidinibus expoſita, fuit & cõcordiæ perpetua cura, quæ ſeditioni diuitiarũ auaritiæ alũnæ inimica eſt, modice proinde antiqtus frugaliterq; uitam agitare. Frequentabant pueri conuẽtus quos greges nominabãt. Adultæ ætatis uiri publica ĩter ſe cõuiuia celebrare, arma reipublicæ cauſſa tractare, ab ineũte ætate corpora laboribus exercere. Maris æſtus et frigora ꝑpeti, accliues ſemitas ſaltusq; curſu ſuperare,

Idæ mõtis deſcriptio.

In Creta nullũ animal noxiũ.

Mores Cretenſium.

in gymnaſijs pugnas ciere, arcubus & ſagittis plurimū
Saltatio pyrrhica. uti, in armis ſaltationem, quā pyrrhicē nominant, uulgô celebrare: flexu corporis hæc ſaltatio fiebat, quo plagæ telaq; euitarentur. Sagulū & militarem calceū ſibi induere, arma p̄cioſiſſimū munus credere: tantū ad hæc rei maritimæ ſtudiū, ut in puerbiū abierit, ſi quis quæ noſſet ſe neſcire diſſimularet, Cretes (diceretur) pelagus neſcit.
Matrimonia. Inter æquales connubia conciliari, ex omniq; iuuenū cœtu uirginibus ſibi ſponſos optare ius erat, nec prius paterna domo abduci moris erat, quàm ad domeſticam adminiſtrationē eſſent idoneæ.
Dos. Dotis magnitudo fuit, ſi frater aderat, patrimonij dimidium. Pueri ex legibus literas
Muſicæ ſtudiū & cantilenas & muſicæ artis modulamina quædā diſcebant. ad uirorum Syſſitia perducti humi uilibus tecti amiculis ſedebant, illisq; pugnam cientibus miniſtrare puerorum ualidiſſimus maximeq; elatus ductabat gregem, pro uiribus ſinguli plurimos aggregabant æquales, ad uenationes egredi, curſu exercebantur corpora, ſtatis diebus puerorū cœtus ad tybiæ & lyræ cantū inter ſe cōmitti, ut in re bellica conſueuere.
Dies lapillo ſignare. Huius gentis etiā fuiſſe quidā memorant lætos dies candido notare calculo, triſtes atq; moleſtos atro: etſi plures hūc morē ad Thraces referūt.

De Thracia, Thracumq; feris moribus.

CAPVT V.

Romania. THracia, quæ hodie Romania appellatur, Europæ regio eſt, inter partes Scythiæ computata, Macedoniam ſequitur, à ſeptētrione Iſtrum habet, ab oriente pōtum ac propōtidē, à meridie Aegeū mare.
Scythō Thraciæ qualitas. Olim Scythō, poſteà Thracia, à Thrace Martis filio, ſiue ab aſperitate appellata, Græcis enim θραχὺ aſperum dicitur.

Regio eſt,ut Pōponius ſcribit,nec cœlo,nec ſolo(quàm ubi mari uicinior eſt)ſatis fœcunda temperatáq;.frigida eſt & eorum quæ ſeruntur maligne admodū patiēs,raro uſquàm pomiferam arborem,uitem frequentius tolerat,ſed nec eius quidem fructus maturat ac mitigat,niſi ubi frigora obiectu frondiū cultores arcuere.In ea quondam urbes celebriores fuere Apollophama,Enos,Nicopolis,Byzantiū,quæ poſteà à Conſtantino Conſtātinopolis dicta eſt,et in maius aucta glorioſiſsimi Imperij ſedes & oriētis totius caput delecta,Perinthos, Lyſimachia,Caliopolis.Amnes Hebrus Neſtos Strymō.Mōtes Hæmus Rhodope et Orbelos,Homīes habet feros aſpe ros & numeroſos adeò,ut ſi,aut unius Imperio regerentur,aut idē ſentirēt,ut hiſtoriæ pater opinatur Herodotus:inexpugnabiles forēt,& oīm gētiū multo ualidiſsimi: ſed quia arduū hoc illis eſt,& nulla ratione contingere poteſt,ideo imbecilles ſunt. Habent aūt multa noīa ſingularū regionū ſingula,moribus tñ ac opinionibus cōſimilibus imbuti,præter Gethas & Trauſos, & qui ſupra Creſtonas incolūt:ex qbus Gethæ ſe non mori pſuaſum habuere,ſed ad Zalmoxim Deum ſuum poſt fatum migrare.fuit hic Zalmoxis homo Pythagoræ quondam diſcipulus,qui in patriam reuerſus,quum animaduerteret Thraces male uiuere & inſcite,ipſe edoctus Ionicum uiuēdi genus & mores ipſis leges dedit,docuitq;, atq; perſuaſit popularibus eas ſeruantibus poſt obitum ad ſe in eum locum ire,ubi ſuperſtites omnium bonorum cōpotes eſſent,per hoc deitatis opinionē cōſequutus,è Thracum ſe conſpectu ſubduxit, atque euanuit maximo ſui deſyderio poſt ſe relicto. Ad hūc mittunt aſsidue adhuc

Celebriores Thraciæ urbes.

Thraces quales homines.

Gethæ ſe non mori putabāt.

Zalmoxis Getharū Deus.

cum naui quinq; remigum nuncium quempiam ex ſeipſi ſorte delectum, præcipientes ea quibus ſemper indigēt eumq; ita mittunt. Quibuſdam eorum datur negotium, ut tria iacula teneant, alijs, ut comprehēſis eius qui ad Zalmoxin mittitur, manibus pedibusq;, hominem agitantes in ſublime iactent ad iacula: qui ſi in præſentiarū extinguitur, propitium ſibi Deum *arbitrantur, ſin minus ipſum nunciū inſimulant adſeuerantes malum illū eſſe uirum*. Hoc *inſimulato alium mittunt, dantes adhuc uiuenti mandata.* Iidem Thraces *dum tonat fulguratq; in cœlum ſagittas excutiunt*, Deo *minitantes quòd nullum alium præter ſuum eſſe arbitrentur*. Trauſi *uerò in cæteris quidem omnibus idem quod* Thraces: *uerum circa natalitia ſuorum atq; obitus hoc factitāt.* Aedito *puero propinqui circunſedentes, eum ploratione proſequuntur recenſentes quaſcunq; neceſſe eſt illi, quòd uitam ingreſſus ſit, perpeti humanas calamitates.* Hominem *fato functum per luſum atq; læticiam terræ demandant, referētes quot malis liberatus in omni ſit modo felicitate.* At *qui ſupra* Creſtonas *incolunt iſta agunt: ſinguli plures uxores habēt, quorum ubi quis deceßit, diſceptatio magna fit inter uxores acri amicorum circa hanc rem iudicio, quænā dilecta fuerit à marito præcipuè, quæ talis iudicata eſt, & hunc honorem adepta, ea à uiris & mulieribus exornata, ad tumulum a ſuo propinquißimo mactatur, unáq; cum uiro humatur, cæteris uxoribus id ſibi pro ingenti calamitate ducentibus atq; lugentibus: nā id eis ſummo dedecori datur.* Cæteri Thraces *filios ueteri inſtituto palàm uenditare, nec uirgines à parētibus & propinquis adſeruari, ſed quibus libuit cū uiris cōcum-*

Nūcius ad Zalmoxin mittit.

In cœlum ſagittāt dum tonitruat Thraces.

Aedito puero Trauſi lamentantur.

Homine mortuo Trauſi lætantur.

Vxorū chariſſima cum marito defuncto ſepelitur.

bere ſinũt. Vxorum pudicitiã ſolicitius cuſtodiũt, easq; magno ære à parentibus coëmunt: fronte notis quibuſdã ſignatas generoſum id iudicatur, ignobilitatis argumentum ſine his eſſe. Nupturæ quæ præ cæteris ſpecie ualeant prius ſubtaxari uolunt, & licentia taxationis admiſſa non minoribus nubũt præmijs. Quas formæ dedecus premit, dotibus emũt quibus cõiunguntur, uterq; ſecus epulãtes focos ambiũt, herbarum (quas habẽt) ſemine ignibus ſuperiacto, cuius nidore perculſi, pro lætitia habent imitari ebrietatem ſenſibus hebetatis. Ociari, ex rapto uiuere pro re honeſta haberi: cõtrà, agros colere pro deſpicatiſſima. Martem uulgò, Liberũ, Dianam, & Mercuriũ religioſe colere: perq; eũ ſolũ iurare, ſui generis autorem arbitrari. Corporum magnitudine Thraces omnes homines antecedũt: cæruleis oculis ac truci uiſu, terrifico uocis ſono, annoſa ætate. Aedificia modice ab humo eleuata, annona eodẽ ſemper tenore, uites neſciũt pomis abũdant. In Regis electione non nobilitas præualet, ſed ſuffragiũ uniuerſorũ: populus enim eligit ſpectatum moribus, & inueterata clementia, etiam annis grauem: ſed hic in eo quæritur, cui liberi nulli ſint: nam qui pater fuerit, etiam ſi uita ſpectatur, ad regendũ non admittitur: & ſi forte dũ regnat pignus ſuſtulerit, poteſtate exuitur: maxime hic cuſtoditur ne regnũ hæreditariũ fit. Tum ſi rex etiã maximã præ ſe ferret æquitatẽ, non ei totũ licere: quadraginta ergo rectores accipit, ne cauſis capitũ ſolus iudicet. Quòd ſi ipſe etiã in peccato aliquo arguitur, morte mulctatur: non tamẽ ut cuiuſquam manu attrectetur, ſed cõſenſu publico rerũ omniũ poteſtate iterdicta, ipſe tandẽ fame pereat. Optimates

Mulieres ingenuæ notis ĩ frõte ſignabãtur.

Aedificia.

Rex eligitur cui non liberi ſunt.

Quadraginta iudices thraces habuerunt.

In reges animaduerſio acerba.

Sepeliēdi ritus

ita ſepeliunt,prolato triduū cadauere, mactatisq; omn
ſarijs hoſtijs cōuiuantur,illudq; defletū prius,deinde cō
buſtum ſepeliunt,aut aliter humo contegunt,adgeſtoq;
deſuper tumulo cū alia omnis generis certamina ꝓpo
nunt,tum præcipue certa cū ratiōe Monomachiā, hoc

Armatura Thracum.

eſt,ſingulare certamen.Armatura qua (ut Herodotus
ſcribit)in Dariana expeditione uſi ſunt talis erat: è pel
le uulpina caßides geſtabant, tunicis induti, & inſuper
circūdati uarijs ſagulis,pedibus & tibijs indutis caliga
è pellibus hinnulorum, iacula peltas & pugiunculos

Thraces arcus inuentores.

arcu ualde pugnaces ſunt,& exercitatißimi,quem apud
ſe repertū uolūt.una cum Scythis lingua utebātur.Scri
bit Plinius totā Thraciā in quinquaginta ſtratageas di
uidi ſolitam.Sed ea Thraciæ pars quæ Gethica olim dice

Valachia & eius appellatio

batur,ubi Darius Hidaſpis filius penè perijt,hodie Va
lachia appellatur,à Flaccis quiritū gente.Romani enim
Gethis ſuperatis & deletis Flacci cuiuſdā ductu eo Co
loniam miſerūt.unde primū Flaccia,dein corrupta uoce
Valachia dicta:aſtipulatur huic opinioni Romanus ſer
mo,qui adhuc in ea gente durat:cæterum adeò ex omni
parte corruptus:ut uix Romano homini intelligatur,Ro

Valachia Dacia vocata.

manarum literarū uſus,elementorū forma aliquatenus
inuerſa.ſacrorum ritus,qui & Græcis. Daci poſteà ea
terram occupauerunt,à quibus aliquandiu etiam Dacia
dicta fuit,nunc Teutones,Siculi,& Valachi tenent.Teu
tones fortes uiri ex Saxonia illuc à magno Carolo tranſ

Seibēburgēſes

mißi,à ſeptem urbibus,quas habitant, Seibemburgenſes
patrio ſermone uocātur.Siculi Hungarorum uetuſtißi

Dragulæ & Dani.

mi,ex his qui ab initio ex Scythia digreßi his locis con
ſedere.Valachorum factiones duæ Dragulæ & Dani,

ias Daui. Nam Gethæ & Daui ſeruorum nomina inde lim profecta Græcorũ quidã prodidere. Dragulæ Da- s ĩpares Turcas noſtrorũ partũ memoria in eã terrã duxerunt, quorũ armis Dani ad internecionem deleti nt. Ioãnes Huniades, uir acer, Danis demũ auxilio fuit, rramq; ab hoſte receptã ſibi uendicauit. Agriculturæ iq; pecuariæ Valachi ut plurimum ſtudent, quod origi m gentis arguit. Tributum Regi pendunt, ſed ſemel tan m ac id cuiq; regum & confeſtim ab eius declaratione m ſingulæ familiæ dant bouem tributi nomine, ſexagin millia numero & amplius eſſe traduntur. Iuſſi ad bel- n exire capitale eſt non paruiſſe. Eſt Valachia Tranſ luaniæ cõtermina ab occaſu, ad ortum in Euxinum ex- rrit: ad boream & ſeptentrionem Ruſiam attingit: al tur ad meridiẽ Iſtro, circa quem quicquid uagarũm ntiũ occupat perpetua illis hyems, triſte cœlũ premit. aligne olim ſolũ ſterile ſuſtentabat, imbrem culmo aut õde defendebãt. In cœlo ſuper durata glacie ſtagno p- tabant in alimentum feras captabant, nulla illis domi- ia, nullæq; ſedes erant, niſi quas laſſitudo in diem po- rat: uilis & his quærendus erat uictus, quòd horren iniquitas cœli, intecta capita.

Ioãnes Huniades.

Valachorũ exercitia.

Valachiæ quatuor latera.

Gentes Iſtrum accolentes.

De Ruſia ſiue Ruthenia, & recentibus Ruſianorum moribus.

CAPVT VI.

R*Vſia, quæ etiã Ruthenia dicitur & Podolia, tri- partito nominatur. Alba, ſuperior, & inferior, rs Sarmatiæ Poloniæ prætẽta, Peuce fluuio ad ſeptẽ- onem includitur, ad orientem ſolem Moſcus, occi-*

Ruſiæ fines.

dua illi Liuonia atq; Pruſia extremæ Germaniæ parte patet hodie Ruthenorũ ſiue Rhoxolanorũ(nam & h nomine appellantur)fines octo dierũ itinere, à Tanai ſeptẽtrionalem oceanũ, habetq; id ſpaciũ nonaginta amplius dierũ iter, rurſus à Germanico oceano, quẽ B teum uocãt, ad mare Caſpium. Regio adeò fertilis eſt,

Terra omnium fertiliſſima.

agro rude culto frumentoq; inſperſo, tribus perpetu annis fructũ ferat: nec opus eſt agrũ quotannis inuert re, ſed inter metẽdũ ſegete leniter excuſſa alia in ſequ tem annũ ſua ſponte creſcit. Gramen adeò procerũ pr

Apum copia.

ducit, ut perticã trãſcendat: unde ibi apum tanta copi ut mella nedũ in aluearijs, aut arboribus, uerũ in rupi & terræ cauernis reponãt. Optimus medo, et hi grãd cærarũ orbes, q ad nos uſq; aduehũtur ibi fiũt. Nõ ĩpi cãtur piſcinæ & ſtagna Ruſſorum, ſed ut aiũt, piſces e

Sal in lacu naſcitur.

cœli influentia ſuccreſcunt. Sal quodã in lacu Katzibei uocato ſiccis tẽporibus colligitur, ꝑ quo gẽti cũ Tarta ris crebra bella. Mirũ eſt qđ dicitur in ſolo Chelmẽſi d ſectos pini arboris ramos trũcosue, duos aut tres anno

Calamus aromaticus in Ruſia.

ſuper terrã iacentes in ſaxa indurari. Eſt ibi optimæ cr tæ copia. uerſus Tanaim & Mæotim calamo aromatic & reupontico abundat, pluribusq; herbis & radicibu alijs, alibi nõ uiſis. Vrbs regia Moſcouia eſt, ad Moſcum amnẽ ſita, quatuordecim milliũ paſſuum circuitu. Nullu

Signati argẽti nullus vſus.

hic ſignati argenti uſus. Lapis eſt in medio foro quadra ta forma, quem ſi quis aſcendit, nec inde ui deturbari poßit, principatum urbis obtinet, ingens de aſcenſu loc & deiectu dimicatio inter indigenas, ſæpiusq; ob eam

Ruſianorũ potentia.

rem pugnatum inter ciues. Gens adeò ualida eſt, quòd ſuperiori anno quodam bellico tumultu in regis caſtri

ltum uiginti millia equitum recenſa ſint, quorū ſingu
rdinem ducerent. Arcu in bello utuntur, quod genti
& uetus eſt illis, eſt & lancea in uſu duodenum pe- Bellica Ruſianorum arma.
n: cataphracti equites ſupra hamatam loricam fer-
m thoracem induunt, umbilicis ſpeculorū modo pro
entibus: galerum geſtant pro caßide, in conum faſti
tum: equite libētius utūtur in bello quàm pedite: pe-
s alij ſcorpione utuntur (baliſtam Itali uocant) alij
nbeas pilas ſulphureo puluere ex æneis excutiunt
chinis Teutonico more. Inuiſum genti Regium nomē: Regium nomē Ruthenis inuiſum.
rco ducis appellationem libentius uſurpant, ut ma-
popularem: qui ibi rerum potitur, dux dicitur, qui in
am gentem Imperium obtinet: huic pileus paulo ela-
quàm cæteris proceribus, cætero nihil ab alijs diffe Veſtitus Ruſianorum.
s: omnis color in uſu, præter nigrum. Viri fœminæq;
o amiciuntur induſio, eoq; tenuißimo, & ad crura
iſſo, auro circa collum rubentiue ſerico excolunt id
culū, laxior ueſtis, ac nihil ferè à Græcis differens,
lem Turcæ quoq; & totus ſeptentrio uſurpat: mani
antum laxiores Ruthenis, auroq; fimbriatæ à pecto Luctus funebris.
& humeris: Lutrina pellis ambit exterius ueſtem. So
xor luget uirum, obducto capite albo linteo, & ad
s deiecto: quibus fortuna amplior eſt, quadrageſimo
à funere cōuiuantur in defuncti memoriam: quorum
anguſtior eſt quinquies hoc temporis interuallo ſo-
i modo epulantur, obſeruantur dies obitus, quem an
rſarijs quoq; celebrant epulis, quando ex ea ſtirpe
reſt aliquis, cuſtodiuntur nomina defunctorum mo-
entis literarum, ut ſciri poßit, quo cuiquam die parē
lum ſit, planctu & lamētatione funus educūt. Patrij

moris eſt mulieres gemmas & uniones ex auribus ſuſp
dere,decorum & maribus,ſed adhuc pueris: quæ iter
nupſerit,ſatis caſtam ducunt, auerſantur ut impudic
tertiò nubentē,par in maribus offenſa.Puellæ à tergo
pillum promittūt,cæterū matrimonio locatæ ſedulo a
ſcōdunt.Viri ſupra aures tondentur, datur probro hu
ſexui omnis capillorum cultus.Gens uniuerſa in uener
prona , ac bibaciſſima:hoc laudis loco ponunt, alter
licere arbitrantur,modo id fieri contingat citra omn
connubij offenſam : fœnerant uulgo , nec fraudi c
Rutheni ut plurimum ſeruiūt. *quàm,ne ſacerdotibus quidem.Pars multo maxima Ruſ*
norum ſeruitutem ſeruiunt,nec inuiti , multi quidem
in his nobiles etiam ſe coniugem & liberos uenditan
aut quia ſic maiore otio fruūtur aut quòd maiore uol
Sacerdotū habitus. *ptate.Antiſtites ſacrorū Græcanico ritu nigro amic*
tur pallio:horum primores albo,ferunt hi bullam ad p
ctus ſuſpenſam, & tabulā præceptis diuinæ legis inſc
ptam,minores ſacerdotes & ipſi Græce ueſtiuntur : ſ
cræ uirgines,quòd unum genus in ea gēte eſt,ex Ant
nij abbatis inſtituto nigra ſtola amiciuntur. Eſt & ſu
Sermo. *ſermo genti,Scythicus uerò,an alius parū cōpertum h*
beo.Sunt & literæ nō multū à Græcarū figura abhor
Muſica et grāmatica tantum diſcuntur. *tes.Muſicen & Grāmaticen diſcūt utrāq; Græce, cæ*
ras artes uulgo aſpernātur:de ſumma fidei cum Græ
ſentiunt:par in cultu cæremonia , & in cœlites uener
tio.Iudicia exercēt duodecim numero uiri:unus aliqui
collegio cognoſcit cauſſam,crimenúe,cognitū ad col
Cauſſa dubia monomachia probatur. *gas defert,interdū & ad Regē.Si res maioris eſt pond*
ris,quàm ut ꝑ collegio uindicari poſſit , ſi reus neque
conuinci,paruḿue liqueat factum , cum accuſatore c

gitur de uita dimicare: atq; ita uictor duplici pecunia do
atur, qualis fuerit æſtimata. Agrorum cultum oppido
xercẽt, equis arãt, ager feraciſſimus præterquàm uini. Ceruiſia totius ſeptẽtrionis potus.
Ceruiſiam potum ex millio, hordeo, atq; humulo deco-
tum potant, & idem ferè totus ſeptentrio. Ex canapi,
papauere, & nucibus oleum conficiunt: oliuam nõ fert
Ruſiana Regio, neq; ex ea arbore liquor aliũde inuehi-
ur. Varia alit animalium genera, & in his plæraq; pel
ium æſtimatione nobilia, quarũ alioqui à ueteribus ce-
ebrata: piſcium ingens copia, & in his Seldis nobiliſſi-
nus, ex Pareslauſco lacu, perquàm ſimilis ijs, qui in Be-
naco capiũtur. Lacus in Ruthenia illuſtres ſeptẽ, flumina
nſignia nouẽ: & in his quẽ Boryſthenẽ eſſe ſuſpicari li
et, ob ea quæ de ipſius magnitudie et natura prædicãt.

De Lithuania & Lithuanorum uita.

CAPVT VII.

Lithuania eſt Poloniæ ad ortũ cõnexa noningẽto
rum milliũ paſſuũ circuitu magna ſui parte palu
tris plurimumq; nemoroſa: & ob eam rem difficilis adi
u, ac quodammodo inacceſſa, aquis paluſtribus cuncta Lithuania tota paluſtris.
btinẽtibus: hyeme cõmercia cum Lithuanis habiliora, Regio hyeme tm̃ accedenda.
paludibus & ſtagnis alta glacie cõcretis niueq; ſuperin
uſa, fiunt oĩa mercatoribus peruia: ut uelut alto mari,
uando nulla ſit certa uia aut ſemita, ſydera ſignẽt iter.
Rara in Lithuania oppida, uillarũ incolatus infrequẽs:
Accolarum diuitiæ pecora pelleſq; multigenum fera-
um, ut Zobellinæ ſunt, atq; Harmelinæ: quibus re- Diuitiæ lithuanorũ ferarum pelles.
io inſigniter ſcatet: cæræ ac mellis abundans: uſus pe- Pecuniæ nullus uſus.
uniæ genti nullus: inter ſe matronæ palàm concubinos

habent uirorum permiſſu, quos connubij uocant adiuto-res, contra pellicatus uiris probro datur, ſoluuntur faci-le matrimonia mutuo conſenſu, & iterum atq; iterū nu-bunt, adeò gens una cæteris mortalibus diuerſo uiuit ri-tu, ut nō abſurdū ſit illud Ariſtippi: Honeſtū nō natura, ſed cōſuetudine conſtare. Vini rariſſimus uſus: panis ni-gricans non cribratus: armenta uictum præbent, multo lacte utētibus. Sermo genti, ut Polonis, Sclauonicus: hic enim ſermo quàm latiſſime patet, ac plurimis quidē gen-tibus cōmunis eſt: ex qbus quædā Romanæ ritū Eccle-ſiæ ſequūtur, ut Poloni ſunt, Dalmatæ, Croatij, Carniq;. Aliæ Græco ritu ſacra peragunt, ut Bulgari, Rutheni, & ex Lithuanis pleriq;. Nonnullæ ab his diuerſæ pro-prias hæreſes habent, ut Boemi ſunt, Moraui & Boſniē-ſes. Huſſitarum quædam obſeruant delirium: pars multo maxima Manicheum: quædam adhuc etiam gentili cæci-tate tenentur, idola colunt, quemadmodum multi ex Li-thuanis. Hieronymus Pragenſis, qui Eugenij quarti pō-tificatu in ea terra euangelium prædicauit, quiq; gentis illius ritus & mores ad id tēpus minus notos noſtris ho-minibus demonſtrauit, dicebat Lithuanorū quoſdam, ad quos primum perueniſſet domeſticatim ſerpentes ha-buiſſe: quibus per ſe quiſq; ut dijs penatibus ſacrifica-bant: cæterum tenuiſſe ſe, ut præter unum, qui cremari non potuit, à ſuis cultoribus interficerentur: alij ignem colunt, captātq; ex eo auguria. Solem nōnulli malleifer-rei ſpecie immani magnitudine, proprium ducē habent, quem Magnum uocant: perſæpe tamen regi Polonorum ſubditi. Caput regionis Vilna eſt. Epiſcopalis ciuitas tan-tæ magnitudinis eſt quantæ Cracouia cum ſuburbijs omnibus,

Serpētes dome ſticatim venerati.

Sol ſub mallei ſpecie veneratus.

omnibus,domus cõtiguæ in ea non ſunt,ſed ueluti in ru-re horti intermediant,& pomaria. Duo fortiſſima ca-ſtra habet,unum in monte ſitum,inferius in plano alte-rum. Diſtat hæc ciuitas à Cracouia cxx.milliaribus. Tar-tari quidam circa Vilnam in aſſignatis pagis habitant, qui agros noſtro more colentes laborant & merces ue-hunt, Tartarica lingua loquuntur, Mahometum & ſe-ctam Sarracenorum profitentur.

De Liuonia, Pruſia, & militibus Marianis.

CAPVT VIII.

L*iuonia ueræ fidei cultrix, Rutheniæ ad ſeptẽtrio-nem prætẽta, & ipſa Sarmaticis finibus, Tartari Scythicũ hominũ genus crebrius incurſant. Liuonianos ad Chriſti cultũ milites noſtri traxere, quũ anteà nullũ niſi malorũ dæmonum nouere, ſæpius uario euẽtu de re-gni poſſeßione in ea terra bellatũ. Sarmaticum mare ab occaſu, ſinusq́; incompertæ magnitudinis, cuius oſtium ab occidente eſt, nõ procul à Cymbrica Cherſoneſo, quã Daciam hodie uocant. Circa ſinũ ad ſeptentrionẽ ſemiſe-ræ gẽtes ſunt, cũ quibus nullũ eſt linguæ cõmerciũ, nutu & ſignis permutant merces. Pruſia, unde Pruteni, ter-ra hodie Germaniæ et Sarmatiæ particeps à meridie illi occurrit. Eam terrã, ſi Ptolemæus uerus autor eſt, uiſtu-la pluit à Torno oppido Gedanũ uſq;: quo in loco Bal-theo mari infunditur: ad Sarmaticũ oceanum extenſa ci-tra uiſtulam, ultra Germaniæ eſt: ad orientem ſolem & meridiẽ Maſſouitæ ſunt, & Poloni accolũt: ad occidẽtẽ Saxones. Pruſiæ ſolum ferax eſt, maximeq́; frugiferum, irriguũ, frequens cultus: Regio amœna & pecoris abũ-*

Milites mariani.

Cymbrica Cherſoneſus hodie Dacia.

Pruſia.

Viſtula.

Vlmerigi. Gothi ex ſcandinauia.

dans piſcatus uenatioq; multa. Vlmerigi *eam terran te-nuere, quum* Gothi ex Scandinauia *inſula egreßi ſunt in continentem, ut* Iornandes *ſcripſit,* Ptolemæus *Amaxobios,* Alaunos, Venedes *&* Githones *penes* Viſtulam *habitaſſe autor eſt. Malorum & hæc cultrix fuit dæmonũ uſq; ad ſecundi* Federici *tempora.*

Deiparini milites.

Deiparini *milites, qui & Mariani dicũtur, poſt* Ptolemaidẽ *in* Syria *amiſſam in* Germaniam *reuerſi, uiri uidelicet nobiles & rei militaris periti, ne per otium marcerent eũdem, accedẽtes,*

Pruſia quõ ab ordine Teutonico acquiſita.

Pruſiam Germaniæ *conterminan* Chriſti *cultũ ſpernere dixerunt: ſæpe illius gentis homines in* Saxones *cæterosq; uicinos excurrere, ingentem uim pecorum abigere, eſſe in animo ſibi compeſcere barbaram gentem, annuat tantum* Imperator, *prouinciamq; fratribus perpetuo iure poßidendam tradat, ſi eam armis acquirãt.* Iam enim

Maſſouiæ duces.

Maſſouiæ *duces, qui eius ſe terræ dominos affirmabãt, ius ſuum fratribus cõceſſerant.* Grata oblatio Federico *fuit, qui collaudato propoſito, quas uoluere fratres ſub aurea bulla literas conceßit.* Illi *ſumptis armis breui tempore quicquid* Prutenici *iuris citra & ultra* Viſtulã *fuit ſubegere: ſubactam ac bello quæſitam, ſuæ ditionis fecere. uicta gẽs* Chriſti *fidem cõplexa eſt, & cum fide* Teutonicam *linguam.* Fuit *ad* Viſtulam *amnem quercus ubi uictrix gens à principio caſtellũ erexit, mox ut ſunt res hominum, quæ tenui principio in maius augentur, oppidum frequenti cultu adoleuit* Mariæburgum *dixerunt.*

Mariæburgũ.

Ordo militum Teutonicorũ.

Caput *gentis eſt, atq; ſedes eius, qui uniuerſi ordinis magiſterio fungitur.* Sacræ *huius militiæ origo* Teutonica *eſt, nec quiſquã niſi* Teutonicus *his ſacris initiatur: atq; idẽ claris ortus natalibus, & cui proponitur, ut aduer-*

ſus ſacratiſſimæ crucis hoſtes paratus ſit omni tempore dimicare: albo pallio amiciũtur, nigra cruce inſuta. omnes alunt barbam, præter eos qui ſacris operantur, & ſacerdotes ſunt. dominicam orationẽ milites ipſi pro canonicis horis uſurpant: neq; literas diſcunt: diuitijs abũdant: nec minor quàm regibus potẽtia. Sæpe cũ Polonis de regni finibus acceptis atq; illatis cladibus cõtẽdere, nec totis uiribus belli fortunam experiri recuſauerunt.

Veſtitus militũ Teutonicorũ.

Potentia ordinis Teutonicorum.

Eſt Pruſſiæ atq; Lithuaniæ contermina regiuncula, quæ Samogithia dicitur, ſyluis & fluminibus circunſepta, quinquaginta milliarium longitudine: cuius gentes proceræ & pulchræ ſtaturæ, agreſtes tamẽ, moribusq; inculti. Matrimonia plura celebrant, & abſq; ſanguinis reſpectu, patre mortuo filius nouercã, fratre frater glotem in uxorem accipiunt. Aes nullum habent, humiliter ædificant, ex limo culmoq; tuguria in carinarum aut galearum formam, in quorũ culminibus feneſtram unã faciunt tam patentem, ut toti ædificio lucẽ ſupernè præbeat. Focus perpetuo igne in ſingulis unus, circa quẽ familia uniuerſa ſedens, nõ ſolum ut cibos coquat, uerum etiam ut uehemẽs frigus, quo pro maiori anni parte terra hæc congelata conſtrictaq; iacet, propellat. Vaporaria ſeu ſtubas habent nullas. Gens ad diuinationẽ & auguria inclinata, præcipuum ei numen ignis, quem ſacroſanctum perpetuumq; eſſe perſuaſum habuere, quòd in edito colle ad fluuium Neuyaſa aſſidua lignorũ ſuggeſtione per ſacerdotẽ aleretur. Vladislaus Poloniæ rex, qui eam ad Chriſti fidem compulit, illum una cum turri, in qua conſeruabatur, extinxit, diſiecit, & ſyluas quas non minori religione quàm ignem ſanctas, proq; deorũ

De ſamogithia & gentis moribus.

Diuinatiõi uacant Samogithæ.

Ignis ſacroſanctus.

habitaculis Sarmatæ (iuxta poëticū illud: habitarunt dij
quoq; ſyluas) colebant, & nedum ſyluas, uerum quoque
quicquid eas ſubijſſet ſanctum minimeq́; uiolandum cen-
ſebant, ut aues erant & feræ. Malorum dæmonum præ
ſtigio uiolātes eas ſtatim in manibus & pedibus cōtrahe
Superſtitio gē-tis admiranda. bantur. Erant in his ſyluis ſingulis familijs ſuus focus et
ſacra domus conſtituta, in quibus defunctorum ſuorum
corpora cum equis, ſellis, & meliori eorum ueſtimento
cōburere mos fuit. Conuenire eos noctu credebāt, ideoq;
ſedilia ibi ex ſubere cōtexta diſpoſita, in quibus optimus
medo, eſcáq; ex paſta in caſei forma omni tempore large
Feſtiuitas. ſubminiſtrabatur, ut ipſis ueſcerentur. Prima Octobris
die in his ſyluis maximum feſtum peragebāt, ex omni re
gione uniuerſus populus congregatus, quæq; familia in
ſua caſula cibo & potu, ut melius potuit, patrio inſtitu-
to indulgebat, tū ad focos dijs in primis quē Perkumo,
id eſt, tonitrum dicebāt, libabant. Cum Lithuanis & Po
Sermo. lonis linguam unam habēt, nam & Polonico ſermone ſa
cerdotes eis in eccleſijs prædicāt. Romanæ eccleſiæ mo-
rem obſeruant, licet Rutheni alij ad meridiē & Moſco-
uitæ ad ſeptentrionem habitantes Græcorum ritum te-
neant, obedientiamq́; non Romano uerum Conſtantino
politano pontifici promittant. Ad ſeptentrionē his Mo
Moſcouia. ſcouia prætenditur terra quadringentorum milliariorū
patens: argento diues, tam ualido ubiq; præſidio conclu
ſa, ut nedum aduenæ, uerū indigenæ etiam abſq; literis
ducis exire atq; intrare nō poſſint, plana omnino regio
eſt, non montoſa, nemoroſa tamen, & ut plurimum palu-
Flumina Mo-ſcouiæ. doſa, plurimis maximis fluminibus Occa, Volha, Dzuui-
na, Boryſtheneq́; et Dineper irrigua: piſcibus ob id ua-

riis, & feriis abundat, quemadmodum Lithuania, à quá non multum diſcrepat, niſi quòd frigidior eſt, quia ſeptẽ trionalor. Vnde pecora parua habet, & communiter mutila. Moſcuã metropolis regionis duplo maior quàm Praga Boëmiæ: lignea, ut aliæ ciuitates, edificia habet, multas plateas, ſed diſperſas, latiſſimi campi interiacent. Moſca amnis ipſam interſecat. arx in medio urbis in pla no ſita, ſeptemdecim turribus & tribus propugnaculis adeò pulchris & ualidis, ut ſimilia uix reperiantur. Se decim in ea arce eccleſiæ, quarum tres ſanctæ Mariæ, ſancti Michaëlis, & ſancti Nicolai muratæ, cæteræ om nes ligneæ. Tres quoq; in ea ampliſſimæ curiæ in quibus nobiles aulici morantur: palatium in quo dux eſt Italico more conſtructum pulcherrimum, ſed non amplum. Mul tos nobiliſſimos ducatus habet, ex quibus ingruente bel lo pluſquàm ducenta millia hominum duobus aut tribus diebus contrahuntur. Aqua genti potus & medo li quorq; fermentatus, quem quaſſetz uocant. arant ligneo aratro: frondibus arborum aut ſpinis arpicant: ſegetes propter longum frigus, raro matureſcunt: ideoq; in ſtu fis deſiccãt, triturantq;. aromatibus & ſublimatis calfa torijs contra frigus uarijs utuntur. De auena & melle aquam ardentem ſiue ſublimatum faciunt, & lacte etiã, adeò forte ut ſæpius ab eo inebrientur. Vino & oleo cá rent. Ne inebrientur inebriantem potum omnem terræ princeps capitis pœna prohibuit: bis aut ter tamẽ in an no conceditur. Monetam habent argenteam maiorẽ & minorem, non rotundam, ſed quadrangularem oblon gam. Dzuuingis hanc dicunt. Sclauonica lingua loquun tur. Sectam & religionem cum Græcis unam obſeruant.

Moſcua ciui tas maxima.

Moſca amnis.

Arx ampliſſi ma.

Potus Moſco uitarum.

Frigoris cura tio.

Ebrietas capi tis pœna mul tatur.

Lingua.

Religio.

Epiſcopi eorum Patriarchæ Conſtantinopolitano ſubſunt, & ab eo confirmationem poſtulant. Chriſtum adorant, præter Koſanenſes, qui cum Sarracenis Mahometum uenerantur. & Scythas quoſdam alios ad Septentrionem, qui linguis proprijs loquũtur, & idola colunt. In primis unum, quod Zlota baba dicunt, id eſt, auream uetulam, tanta ueneratione, ut nemo id pertrãſeat, quin ſaltem pilo ex ueſte tracto, ſi aliud nihil habeat, corã eo proſtratus pro oblatione proijciat. His populis quamuis ſermo ſit unus, Sclauonicus uidelicet, eſt tamen adeò impar, & externis linguis hic & alibi confuſus ut mutuo ſe non plane intelligant. Idololatriæ tempore põtificem maximum unum habebant, quem Criue nominabant: in ciuitate Romoue (à Roma dicta) habitabat. Communis gentibus illis mos eſt ut non ſolum ſeruos ut pecora, ſed etiam filios, & ſemetipſos uendant, & abducere quàm longiſsime patiantur, ob uictus tãtummodo ſufficientiã, quamuis groſsiſsimis cibis ueſcantur.

Scythæ idololatræ.

Zlota baba idolum.

Sclauonica lingua alijs lĩguis uitiata & confuſa.

De Polonia, Polonorumq́ recentibus moribus.

CAPVT IX.

Polonia Europæ regio, uaſta et plana, unde et hoc nomẽ accepit, ſignificat enim Sclauonica lingua, qua & ipſa utitur: Pole planum: Sarmatia alio nomine uocata. Hæc Sleſiæ ad occidẽtẽ cõtermina eſt, Prutenis & Maſſouitis à ſeptentrione, ab oriente Ruthenis, à meridie Hungaris, Carpato mõte, quẽ Crapak accolæ uocant interiacente, hæc in partes duas diuiditur, quarum quæ Saxonibus Prutenisq; uicina eſt, maior Polonia di-

Sarmatia Europæa.

Termini Poloniæ.

Polonia duplex maior & minor.

citur: altera Hungariæ ac Rüßiæ obiecta minor uocatur. Regnum uniuerſum in quatuor uelut regiones diuiſum, quas in orbem Rex quotãnis inuiſit, ſingulæ ternis menſibus alunt Regem, regiumq́; comitatum: cæterũ ſi caſu cõcilioúe is in una regni parte diutius eſſe perſeuerauerit, nihil debetur ipſi amplius. In Cracouia celebri & ampliſsima urbe regia eſt, totiusq́; regni gaza. cæteræ ciuitates parum nitidæ ſunt: ex maceria domus ferè oẽs compoſitæ, pleræq; luto collinitæ, plaga regiõis nemoroſa. Gens in uniuerſum prudens, multaq́; comitate in hoſpites: bibaciſsimum genus hominum, ut totus ſeptentrio, ſed rarus uini uſus: ignotusq́; genti omnis uinearum cultus: factitia ex tritico, alijsq́; generibus ſeminum potio in uſu eſt: ſolum ferax, triticiq́; abundans. Eſt & paſcuis idoneum, armenta late paſcuntur: uenatio multiplex: equus ſylueſter ceruino cornu, bos ferus, Vrum Romani uocant. Plumbum dúntaxat ex omnibus metallis fodiunt Poloni, & ſalem ſaxorum duritie: nullumq́; toto regno uberius uectigal: mellis copia tam ingens, ut nõ ſatis illis atq; Ruthenis loci ſuperſit, quibus illa recõdant: arbores nanq; omnes & ſyluæ aluearibus mellificantiũ nigricant. Literarum figuratio ex gẽtili & græcanico mixta: promiſcuus & fidei ritus inter Romanũ & Græcum: uirorum & mulierum ueſtitus Græcanico ſimilis.

Cracouia polonorum regia. Gẽs Polonica prudens & comis. Potus ceruiſia. Salis fodinæ. Mellis uectigal. Literæ. Fidei ritus. Veſtitus.

De Hungaria Hungarorumq́ uiuendi inſtitutis.

CAPVT X.

HVngaria nunc ſanè ea regio eſt quæ olim Pãnonia fuit, licet hæc hodie illius fines in totũ nõ im

Hũgariæ fines.

pleat, nec tam latè quondam patuit, quàm hodie Hungaria. Enimuerò à Laytha flumine inferiorem tantū Pānoniam uſq; ad Sauum amnem complexa, ultra Danubium Poloniam attingit, terramq́; complectitur, quam Gepidæ & Daci tenuerūt: patetq́; Imperium gētis multo latius quàm terræ nomen. Erat hæc terra, ut priſci rerum ſcriptores habent, nouem circulis, quos agas Germanica lingua dicimus, circūdata quorum ſinguli ita ſtipitibus quernis ſiue fagineis uel abiegnis extructi erāt, ut de margine ad marginē uiginti pedū ſpaciū tēderetur in latū, totidē erigeretur in altū: ciuitas aūt uniuerſa aut duriſsimis lapidibus aut tenaciſsima Creta repleretur: porrò ſuperficies uallorum eorūdē integerrimis ceſpitibus tegeretur. Inter quorum confinia arbuſculæ plantatæ erant, quæ abſciſæ proiectæq; ut plurimum herbas & frondes proferebant. De primo autem circulo ad ſecundum uiginti milliaria Teutonica protendebantur, & inde totidem ad tertium, & ita uſq; ad nonū, quamuis alius alio ſemper cōtractior erat. Intra hos aggeres uici uillæq; ita conſtitutæ ut ab una ad aliam uox hominis audiretur. Aedificia ualidiſsimis muris præmunita: portæ nō ſatis latæ propter hanc cauſſam ut per eas latrocinandi gratia quaqua uerſum exire ingrediq; facilè poſſent. Tubarum clangore ūnus circulus alteri cuiuſq; rei certa ſigna dabat. Pannones ab initio eam terram tenuerunt, Pæones olim dicti, inde Huni habuere, gens Scythica. Mox Gothi ex inſulis Germanici oceani profecti, poſt Gothos Longobardi ex Scandinauia etian oceani inſula: nouiſsime Hungari ex alia Hungaria Scythica egreſsi, quæ nō lōge à Tanais ortu extat, & lubra

Gepidæ & Daci.

Pannones.
Pæones.
Huni.

Gothi.
Longobardi.
Hungari
Hungaria.
Scythica.

hodie dicitur: miſera adhuc regio, utpotè ſub frigidiſſi-
mo cœlo iacens, duci Moſcouiæ tributaria. Non tamen
aurum argentumúe, quibus omnino carent, ſed precio-
ſas animalium pelles Sabellorum ſciſmorumq́; pendunt
homines. Non arant, non ſeminant, neq; panes habẽt: fe-
rarum carnibus & piſcibus ueſcuntur: aquam potant:
ſub tugurijs & uirgultis contextis inter denſas ſyluas
humiliter habitant, unde fit ut homines ſylueſtribus fe-
ris commorantes, ueſtimentis ſe non laneis neq; lineis in-
duant, ſed pellibus nuper aut lupo aut ceruo urſoúe de-
tractis. Solem, lunam, aſtraq́; alia alij adorant, & quic-
quid eis primum occurrit. Propriam linguam habent.
Corallia piſcantur & balenas, ex quarum cute rhedas
burſasq́; faciunt: axungiam pro impinguatione ſeruatam
cæteris nationibus uendunt. Mediocris tumoris montes
ad eam partem qua oceano incumbit habet, quos piſces
quidam Mors uocati dentibus ſe promouendo ſcanden-
tes, dum ſuperiora nacti ulterius nitũtur præcipites de-
cidunt & moriuntur, eos illi colligunt eduntq́;: dentes
quos latos & albos ualde habent, reſeruant, & merca-
toribus pro mercibus alijs permutant. Manubria cul-
tellorum ex illis optima parantur. Habet Hungaria no- Fines Hungariæ.
stra ad occaſum Auſtriam & Boëmiam, ad meridiem,
Illirici partem, quæ Adriatico eſt pelago obuerſa: ad
orientem ſolem Seruiam, quam Triballi & Miſij tenue-
runt, nunc à quibuſdam Sagaria uocatam: ad arctum & Buda vrbs regia.
boream Poloni, Moſchíq; finitimi. Vrbs regia eſt Buda,
à Bada Athilæ fratre appellata. Ager regionis quate-
nus colitur tritico fertilis eſt, auro atq; argẽto diues. Mi-
rum eſt quod indigenæ narrant eſſe in Pãnonia riuum,

in quo ſi ſæpius ferrum mergatur Cuprum fieri. Viri ueſtes ſuperne excauant, circa interſcapilium, linea ſubtus tunica, circa collum & humeros quodamtenus apparens, quam partem ſerico & auro ferè omnes exornãt, indifferens in caliga, cothurno ſuperinducto: capillos inungunt, concinnantq́; lineo galericulo contegunt, raroq́; nec niſi in otio reſoluũt, qui mos & à plæriſq; Germanis obſeruatur. Muliebris ueſtitus ſtrictior, & ad collum ſubductus, ut omnia tegantur, tantum lineæ tuniculæ ora emineãt precioſiſſime ornata: ueſtibus togã ſuperinducunt, ſerico caput aut lineo componunt uelamine, ac præter oculos & naſum cætera ferè abſcõdũt: gemmis & margaritis uulgò utũtur. Cothurno calceantur uiri fœminæq;, ad media crura inducto. annũ lugent defunctos, & quoſdam biennio, Barbam raſitant, præterquàm ſuperiore labro. Orthodoxæ fidei cultus ex lege iudicãt. Eſt & alia iudicij ratio, ſi cauſſa anceps ſit, nec aliter liquere poſſit, lis ferro decernitur, reus & actor dimicãt. Rex aut qui regis uicem gerit ſpectat, iudicatq; ſecundum eum qui ſuperior fuerit, ſatis uiciſſe credunt, cuius aduerſarius aut pugnam cunctatius inibit, aut lineis areæ, quibus pugnæ locus circũſcribitur, exciderit. Qui ex equò dimicant lancea prius, dein gladio utuntur. Pedites, præter uerenda, cætera nudi pugnant. Suus genti ſermo, etſi Boëmo non multum abſimilis. Habent & priuatas literas, ſed Romanis libẽtius utũtur. Ferox hominum genus, & in bello ualidum, equeſtri prælio magis quàm pedeſtri idoneum. Regis Imperio parent, aut regijs ducibus, Cataphracto equite in bello utuntur, & leui armatura, ſed parcius omnino, tur-

Margin notes: Veſtitus hũgarorum. — Mulierũ hũgarorũ habitus. — Certamine ſingulari controuerſiæ dirimũtur. — Hungarorũ pugnandi ratio. — Sermo. — Literæ. — Ferocitas Hungarorum.

natim cõfligunt, non tamẽ toto agmine. Nulla gẽs Chriſtiani nominis Turcarum arma magis exercuit. Nulla ab is rurſus magis exercita eſt, adeò paribus animis uario〈q〉; euentu eſt ſemper utrinq; bellatũ. Alia Hungaria quæ huius mater eſt, linguaq; & moribus penẽ adhuc illi ſimilis, ritu Barbarico uiuit, idolis ſeruit.

De Boẽmia, & moribus Boẽmorum.

CAPVT XI.

BOẽmia Regio, Germaniæ limitibus incluſa, aquilõnis flatibus obiacet, Hungaria illi orientalis eſt, auſtralis Bauaria, Noricus ager occiduus, Polonia borealis. Latitudo eius lõgitudini ferè par: trium fortè dierũ iter. Sylua Hercinia tãquàm natiuo muro undiq; cingitur. Albi fluuio media irrigatur, atq; quodã alio Multauia nomine, ad cuius ripam Braga ſita eſt ampliſſima urbs, et totius regni caput. Solũ hordei & tritici ferax, pabulo pecore atq; piſcibus abũdat, olei ſterilis eſt, quẽadmodum Germania ipſa: uino non omnino caret, ceruiſiam optimam facit, quæ Viennã uſq; Auſtriæ uehitur. Boẽmi Germanis licet undiq; circumſepti ſint, Germanica tamen lingua non loquuntur, Dalmatarum aduentu Teutonica illinc pulſa. Etenim in eorum annalibus reperitur, fratres duos ex Croatiæ populis egreſſos alterum in Boẽmia alterũ in Polonia cõſediſſe, mutaſſeq; & gẽtibus prioribus linguã & terris noĩa Volaterrano autore. Mos uetus et Germanica lĩgua à plæriſq; in hãc uſq; diẽ obſeruãtur. In tẽplis enim plebes ſermone Teutonico docẽtur, in cœmiterijs Boẽmico. Solis mẽdicantibus olim

Bœmiæ limites.
Hercynia ſilua.
Albis.
Multauia.
Braga urbs regia.
Ceruiſia Boemica commendatur.
Sermo.
Lĩgua Germanica in Boemia.

libertas fuit, qua uellent lingua populos inſtruere. Nulla gēti leges ſunt, nulla ſanctiora inſtituta, quod libet licet: quippe Chriſtianæ fidei non ſolum non cultus, ut qui Vualdenſium ſectam amplexi tuentur, tum auorum noſtrorum memoria Hußitarum ueneno infecti, Orthodoxæ fidei cultum parum hodie integrè cuſtodiunt. Romanum pōtificem in ordinē redigūt, negantq; cæteris Antiſtitibus auguſtiorē eſſe ac uenerabiliorem, inter ſacerdotes nullum diſcrimen ducētes. Preſbyterum non dignitatem, ſed uitæ meritum efficere potiorem. Animas corporibus excedentes aut in æternas eueſtigio pœnas demergi, aut perpetua conſequi gaudia, purgatoriū ignē non inueniri, quo aliquando expientur. Stultum arbitrantur defunctis parentare, auaritiæ ſacerdotalis inuentum eſſe, Dei optimi maximi diuorumq; ſimulachra è medio tollunt. Aquarum palmarumq; ac cæterarum rerum benedictiones irrident. Mendicantium religiones malos dæmones inueniſſe. Sacerdotes pauperes eſſe debere ſola eleemoſyna contentos: non opes, nō pecuniam poßidere. Liberam cuiquam uerbi dei prædicationem patere. Nullum capitale peccatum, quantúmuis maioris mali uitandi gratia tolerandum. Qui mortalis culpæ reus ſit, eum iudicant neq; debere ſæculari, neq; eccleſiaſtica dignitate potiri, nec etiam parendum eſſe ei. Confirmationem & extremam unctionē inter eccleſiæ ſacramenta minime teneri. Auricularē cōfeßionem nugacem, & ſuperuacuam eſſe: ſufficere in cubili aut alio ſecreto loco ſua quenq; deo peccata cōfiteri. Baptiſma fluuialis undæ nulla interiecta ſacri olei mixtura recipiendum. Cœmiteriorum inanem uſum, quæſtus tan-

Vualdenſes.

Errores Boemorum.

Sacerdotes æquāt Boemi.

Boemi non parentant.

Benedictiones rerum irridēt.

Peccatū mortale tolerandum non eſſe.

ſummodo cauſſa repertũ, quacũq; tegantur tellure hu
nana corpora nihil diſtare. Templum dei latè patentis
pſum mundum eſſe, coartare maieſtatem eius, qui eccle
ias monaſteria oratoriáq; conſtruunt. Sacerdotales ue
tes, altarium ornamenta, pallas, corporalia, calices, pa
enas, uaſa huiuſmodi nil habere momenti: ſacerdotem Sacramentũ eucharistiæ.
uocunq; loco, quocunq; tempore ſacrum Chriſti cor
ous conficere poſſe, petentibus miniſtrare: ſufficere ſi
erba ſacramentalia tantum dicat: ſuffragia ſanctorum
n cœlis cum Chriſto regnantium impetrari, in Canoni
is horis cantandis dicendisq; fruſtra tempus teri. Nul Celebritates ſanctorum.
o die ab opere ceſſandum eſſe exiſtimant, quàm quæ
ominica nunc appellatur. Celebritates ſanctorum reij
iendas. Ieiunijs quoq; ab eccleſia inſtitutis nihil ineſſe
eriti. Fama eſt etiam Boëmorum ſacerdotes infantibus Infantes Boemi cõmunicãt.
ſis & cunctis alijs indifferenter ſub utraq; ſpecie cor
us Chriſti miniſtrare, hoſtia quã qua nos utimur aliquã
um grandiori: Georgius Poggebratius huius inſtituti
utor fuiſſe dicitur. Picardus quidam ex Gallia, gentem
io delirio infecit: ijs non paruam uirorum mulierumq;
lebem contractam nudam incedere iuſſit, Adamitas
ocauit, autor omnis licentiæ uenus publica & mixta,
eliqua horrenda auditu crimina hoc duce cœperant,
r in quibuſdam locis adhuc durare, ſed occulte, à mul
s dicitur. Nam ſubterraneos Boëmorum quidam (qui
t hoc Gruebenhaimer appellantur) ſacra operaturi
beunt, inter quæ cum à ſacerdote pro more illud Ge
eſis pronunciatur, Creſcite & multiplicamini, ac reple
terram: lumina quæ ibi habẽtur cõtinuo omnia extin Nefandus boemorum ritus.
untur, & tunc neq; ætatis ulla, neq; ſanguinis atten

ta reuerentia promiſcue uiri & in quam per tenebra[s] quiſq; incidit mulieres cognoſcũt, peracto ſcelere quum in locum ſuum ſe quiſq; receperit, luminaria rurſus incendũtur, & ſacrum peragitur. Eſt execrãdus hic dan[natæ]

Bacchanalia olim in Italia celebrata.

natæ gentis ritus non multum diuerſus à bacchanalibu[s] illis quæ in Hetruria primo mox Romæ etiã noctu, multa uini & epularum crapula mulieres maribus mixta in abdito celebrauere, nullo neq; ſexus, neq; ætatis reſpectu habito ad promiſcua puerorũ ac matronarũ ſtupra, atq; aliorũ flagitiorũ, quæ ex ipſis tanquàm ex officina quadam prodibant, quorum ſacrorum càpita. Q Martio Philippo & Poſthumio Albino cõſulibus Romæ capitali ſunt ſupplicio affecta, ut ſcribit Sabellicu[s]

Hæreſis Boemorũ inuicta.

Enneade quinta libro ſeptimo. Hanc Boẽmorum impietatem nefandam hæreſim quatuor reges Venceslaus, Sigiſmundus, Albertus & Vladislaus extirpare non potuerunt, quamuis ſæpius totis uiribus attentarunt.

De Germania, & inſtitutis eorum plurimis.

CAPVT XII.

Germaniæ veteres limites.

GErmania Regio Europæ ampliſſima, tota ſeptẽtrionalis, à Gallis olim Rheno fluuio diuiſa fuit à Rhetis & Pannonibus Danubio, à Sarmatis Daciſq[ue] mutuo metu & montibus ſeparata, cætera oceano ambiente, hodie extra hos fines Rhetiam, Vindeliciam, Noricam, & ſuperiorem Pannoniam, Alpes, partemq; Illi-

Quid Germaniæ acceſſit.

riæ & uſq; ad Tridentina clauſtra Germania obtinet. Belgarum quoq; ferè tota natio Gallici quondam iuris,

mnisq́; Rhenus in Germaniæ nomen linguamq́; conceſ
t,ut iam ſe Gallos dici neſciant,ſi audiant indignentur.
Ieluetij quoq; in Germaniæ nomen & linguam tempo
e labente tranſiere. Itaq; magnam Galliæ Tranſalpinæ Pruſiā Germania vēdicauit.
artem ipſa Germania ſibi uendicauit. Prutenos fero-
iſſimam gentem & idolis deditam intra tricenteſimum
nnum ex infidelium manibus milites Teutonici ui &
rmis rapuerunt, ubi & lingua Teutonica introducta
ſt, & Chriſti cultus genti imperatus, unde habita ad
rimæuos illius terminos conſideratione, uidebitur cer
è illa ſibi ferè plus ſoli extra uſurpaſſe, quàm intus
rius continebat. In duas uelut partes ab initio tota
ermania diuiſa fuit, ut quæ Alpibus propinquior eſt, Germania duplex.
perior ſit Germania appellata: altera ad ſeptentrio-
em atq; oceanum uerſa, inferior. Durat hæc partitio Alemaniæ.
ib Alemaniæ appellatione(quæ à Lemano, ut quidam
utumant, lacu eſt) in hunc uſq; diem. Prouincias tam Prouinciæ Germaniæ multæ.
æc quàm illa multas habent: ſuperior à Mogano flu-
ine, quòd Franconiam perlabitur, aſcendendo Ba-
ariam habet Auſtriam, Styriam, Atheſim, Rhe- Superior Germania vulgariter Hoch teutſchlād: iferior niderteutſchland.
am, Heluetiam, Sueuiam, Alſatiam, prouinciam
henenſem Moguntiacum aduſq;. Inferior, Franco-
iam, cuius magna pars meridiem uerſus etiam in ſu-
eriorem protenditur, habet Haſſiam, Lotharingiam,
rabantiam, Gelriam, Selandiam, Holandiam, Phri-
am, Flandriam, Vueſtualiam, Saxoniam, Daciam
eninſulam, Pomeraniam, Liuoniam, Pruſſiam, Sle-
am, Morauiam, Boëmiam, Myſnam, Marchiam,
huringiam. Fuit Germaniæ terra ab initio, ut Cor-
elius Tacitus ſcribit, & ſi aliquādo ſpecie differebat,

Terra Germaniæ olim horrida et iſfœcūda. in uniuerſum aut ſyluis horrida aut paludibus infœcun
da, humidior qua Gallias, uentoſior qua Noricū ac Pa
noniam aſpicit, frugiferarum arborum & omnis cultu
ræ impatiens ſterilis pecorum tamen fœcunda, ſed pla
runq; improcerorum, auro atq; argento immunis, &
Germaniæ laudes. propterea uilis deſpectáq; ab omnibus. Hodie Regi
adeò amœna eſt, adeò pulcherrimis nitidiſsimisq; urb
bus caſtris & pagis paſsim exornata exculta, ut nō Ita
liæ, non Galliæ, non Hiſpaniæ ipſa cedat. Cœlum ſat
clemens habet, Campi fertilitatem optandam. Sunt col
les aprici, nemora opaca, frumentorum abūndantia, ui
Flumina Germaniæ. feri montes, clariſsimi amnes, Rhenus, Danubius, Mog
nus, Albis, Necc harus, Sala, Odera, & multi alij fluuij
& riui lympidiſsimi totam terram rigantes. Sunt fonte
dulcis aquæ, ſunt thermæ calidæ, ſunt mineræ ſalis plur
mæ: metallorum item fertilitate nullis terris cedit. Vni
uerſa & Italia, Gallia, Hiſpania argentum ex Germa
Diuitiæ Germaniæ. Metalla. niæ negociatoribus ferè omne habent, metalláq; non p
rum multa, nec auro eſt priuata. Quòd ſi hodie priſco
rum quiſquam ab inferis reſurgeret, ac oculis intima re
gionis contemplaretur, nunquid non multum is mirare
Germania quātum exculta. tur? aut quid diceret tamen, ſi uideret quanta nunc eſſe
locorum ſalubritas, cœli humana temperies, ubertas ſoli
uini frumentiq; quanta copia, arborum conſitiones qua
ſplendor urbium, templorum ſacra, & erga deum reli
gio, urbanitas ciuium, ueſtitus hominum, rei militaris
peritia, apparatus bellicus, cæteráq; ornamēta Germa
norum, nobilitasq; quàm ſyncera, profectò, ut reor, non
diceret terram informem, aſperam cœlo, triſtem cultu
uideret ſanè quàm uerum ſit illud, quod dicitur, Sæpius
bonam

onam materiam ceſſare ſine artifice. Nam etſi alijs re- ionibus mitior hyems ſit, fructusq́; nobiliores, minus ta- ẽ æſtus tẽperatus eſt, unde & frugũ corruptio: adde nimalia uenenoſa, & alia ad humani generis perniciẽ ıtentiſſima. difficilis ſatis erit iudicatu, quæ cuiq; pro- incia comparanda ſit: quæ anteferenda. Dicta autẽ eſt ermania recẽtiori appellatione quod eius populi fere mnes inter ſe perinde ac fratres, pares exiſterent tum orporum diſpoſitiõe tum moribus atq; uiuẽdi ritibus. rius Teutonia à Tuiſcone Noẽ filio, & Alemannia à Aanno eius filio, qui gentis autores cõditoresq́; memo- ãtur, uocitata fuit. Quamuis plæriq; gentem indigenã, l eſt, inde genitam nec aliunde prouectam arbitrentur, & eius opinionis hic eſt, qui ita uerſificatus eſt.

Tẽperata Germania.

Germania vnde appellata.

Autor gentis.

Germani indigenæ.

ens inuicta manet toto notiſſima mundo,
erra ubi ſe deuexa globo demittit in arcton,
olis & algoris patiens, duriq; laboris,
ngrata ignauiam uitæ tolerare quietem:
ndigena haud alia ducens primordia gente,
ed cœlo producta ſuo Demogorgonis aluus
rotulerat: patulas ubi cuncta creata ſub auras.
ermanos uocitant Itali: Grai ſed Adelphos,
uod fratrum ſoleant inter ſe uiuere more:
Nomen nobilibus quod adhuc uenerabile noſtris
ectoribus, ſimiles ingentes corporis artus
rodiga cui natura dedit, per lactea colla
andida proceris tollentes corporea membris.
lana coma eſt, flauentq́; oculi, flauoq; colore:
emperie iuſtam retinent ſua membra ſtaturam,

Vox habitum mentis cum geſtu & pectora prodit,
Vox quæ nil muliebre ſonat, ſed tota uirilis
Martia craßiloquo teſtatur corda palato.
Commune his ſtudium uenari, equitare, uagari,
Atq; ſuum uarias uictum quæſiſſe per artes:
Vel Bacchum uiduis creſcentem iungere palis
Aruaq; quadrijugo proſcindere pinguia aratro:
Nec patrio tepuiſſe ſolo iuuenilibus annis,
Sed mox doctiloquæ præcepta adijſſe Mineruæ,
Vel uaga ueliferas duxiße per æquora naues,
Atq; ſuis terris uarias adducere merces,
Nec cenſere nefas animum intendiſſe rapinis,
Dum fera belligeri meditantur prælia Martis,
Atq; illũ regum celſas quæſiſſe per aulas,
Quatuor ad fines quas Teutonis ora coërcet:
Siue per Herciniæ nemoroſa cacumina ſyluæ
Dentatos proſternere apros, ſyluisq; uagantes
Aeripedes ceruos, urſosq; agitare feroces.
Vnguibus accipitres trucibusq; iubere rapinas
Tollere, & euulſas diſpergere in æthera plumas.
Hinc animus dubijs audens ſe credere rebus,
Nec ſegnis timidusq; mori roſeumq; cruorem
Pro patria & charis certans effundere amicis:
Atq; auidus cædis, ſi qua ulla iniuria læſit,
Quiq; fidem ſancto & conſtanti pectore ſeruet
Relligionis amans, ſuperûmq; & cultor honeſti,
Et ueri iuſtiq; tenax mens conſona labris,
Ficta coloratæ fugiens mendacia linguæ.

Hercules i Germania fuit.

Prælium inituri Germani ſacrum hymnum Hercu[...] canebant, quem uolebãt aliquando in eam terram ueni[...]

e, graui & terribili ſonitu, non diſſono, cæterum ad ter
rorem quæſito pugnam capeſſebant. Truces oculi pluri
bus ac cærulei, rutilæ comæ, pcera corpora, ad primos
impetus ſubita & præceps natura. Cæterũ laborũ ope-
rumq; impatiens. Sitim & æſtum ut Galli non ferunt. fri
gorum patientiſsimi. Auri & argenti his olim uſus nul- Auri & argẽti Germanis uſus olim nullus.
lus. Argentea uaſa eorum legatis data, aut principibus
muneri miſſa, non minori contemptu quàm fictilia tra-
ctabant. Commerciorum uſu aurum & argentum ab his
primo receptum. Credita & à quibuſdam tellus ipſa ta
lium metallorũ expers, quin & ferri inops: quo accidit,
ut olim rari uterentur gladijs in prælio, ſed longiori ha-
ſta, quam ipſi frameam uocant: & in ea breui ferro, ha
bili telo, ſiue cominus ſiue eminus dimicarẽt. Eques ſcu-
to & haſta inſtruebatur. Pedites miſsilia ſpargebãt, plu-
ra ſinguli. Nudi in pugnam, aut breui ſagulo utebantur,
nulla cultus occultatione, ſcuta tantum coloribus, hisq; Nudi pugnaue runt Germani.
electiſsimis diſtinguebãt, paucis loricæ uſus, uix uni alteri
ue caſsis, aut galea. Equi nec forma nec uelocitate cõſpi
cui: nec in gyrum ut Italici, ſed recto tantũ conatu agũ
tur. Scutum in pugna amiſiſſe præcipuum flagitium, ut Scut' in pugna amiſiſſe flagitiũ ingens.
ſacris & publico concilio excluderentur eiuſmodi cla-
de adfecti. Multi tali infamiæ ſuperſtites uitam laqueo fi-
nierunt. Reges nobilitate legebantur, nec his libera infi-
nitáq; poteſtas fuit. Exercitus is ductabat, qui præcipua
uirtute præſtaret, quiq; exemplo magis, quàm Impe-
rio polleret. uincere uerberare animaduertere in quem-
quam nullius ius eſſe præterquàm ſacerdotum, ut non Deorum ſimulachra i præliũ geſtabantur.
Imperio, ſed diuinitus flagitia uindicari crederentur. Si-
gna quædam Deorum lucis detracta in prælium geſtari

præcipuum in pugna incitamẽtum. Omnes ſuas neceſſi
tudines in proximo ſtatuebant, ut in ſuorum conſpectu
aut glorioſe uincerent, aut cum laude caderent: liberi
cõiuges, parentes ſanctiſſimi pugnæ teſtes adhibebãtur
Ad matres & uxores accepta uulnera deferebant: ne
illæ & numerare & exigere plagas formidabãt. Eæd
Matres & liberi in bello. cibos hortationesq; pugnantibus ſuggerebãt. Proditum
memoriæ eſt inclinatam aciem aliquando illarum hort
tu reſtitutam. Creduntur ad hæc arbitrari aliquid ſancti
prouidiq; in fœminis eſſe earumq; conſilia proptere
nõ aſpernari, reſpõſaúe negligere. Mercurio certis di
bus humanas hoſtias immolabant: Herculi & Marti e
cæteris animalibus. Sortes & auguria in uſu. De minor
bus rebus principes ciuitatis cõſultabãt, de moribus un
uerſa ciuitas. In ĩchoãdis rebus noua luna aut plena ol
ſeruabatur. Noctiũ non dierũ numerus ſupputabatur i
ea gente. In conciliũ armati uentitabãt. Sententiã appr
baturi frameas concutiebant, id honoratiſſimum aſſen
tiendi genus: cõtrà aſpernati fremitu ſignificabãt. Trãſ
fugæ & proditores ex arboribus pendentes, ignaui &
imbelles atque ĩfami corpore cœno obruti, aut à palude
aliqua ſuperiecta crate necabantur, tanquàm ſcelera in
Magiſtratus ſemper armati. aperto ponenda eſſent, uitia cõtegẽda, nihil publicè, aut
priuatim magiſtratus agere, niſi armis inſtructi. In com
meatu & affectatione incredibilis æmulatio, qui maiori
iuuenum globo ſtipatus in publicum proceſſiſſet, præci
pua celebritate apud ſuos & finitimos eſſe. Turpe & in
omni uita infame ſuo duci ſuperſtitem in prælio eſſe, niſi
uictor is ex acie deceſſiſſet. Princeps pro uictoria, comi
tes pro principibus dimicabant. Bella ultrò appetere

potè quibus omnis à re bellica eſſet quies igrata.Iner
æ & ignauiæ dabatur ſudore aliquid quærere, quod
oſſet cruore parari.Bellorum cura deſtituti ſomno &
bo uel fortiſsimi quiq; indulgebant,domo & agrorum
ra fœminis & ſenibus delegata,ut mirum uideri poſ
,duo tam diuerſa eidem genti adfuiſſe,& inertiæ amo
m,& odium quietis.Vicatim plurimum diſcretisq; do
cilijs habitabant.Tegumen fuit ſagum,fibula,aut ſi ea
fuiſſet ſpina conſertum;locupletiſsimi ueſte diſtingue
ntur,non fluxa,ſed ſtricta, ac penè ſingula membra
primente:idem fœminis habitus, qui & uiris. Atq;
ermani ipſi omnium fere,qui ad ſeptentrionem & or
m habitant,ſoli unica uxore contenti ab initio fuere:
anquàm & in his nonnulli plura celebrarent connu
a.Non uxor uiro, ſed uir uxori dotem comparabat.
ec ad delicias quærebatur cultus,ſed iugati boues da
ntur,frænatus equus,& ſcutum cum framea & gla
o.Mira in fœminis pudicitia,nulla ſpectandi fuit illece
a,nulla conuiuiorum ratio,rara in tam numeroſa gen
adulteria:cuius conuicta mulier reſectis capillis, nu
tam coram propinquis maritus domo exactam, toto
co uerberibus agebat: profligatæ pudicitiæ nulla ue
a,non ætas,non forma,non opes cōnubium corruptis
nciliare poterat.Nemo tamen uitia ridere,id enim ſæ
lum corrumpere & corrūpi arbitrabantur. Sic unū
ulieres maritū accipere,ut unum corpus & unam ui
m,nec ulla cogitatio ultra,nec longior cupiditas, tan
àm matrimonium amarent, non maritum. plus apud
os boni mores ualuerunt,quàm alibi bonæ leges.Serus
iuuenibus uſus ueneris, atque eo minus exhauſta pu

Veſtitus.

Matrimonia.

Adulterij pœna.

bertas:nec connubia uirginum properabantur , ut u
Homicidij mulctatio. dior eſſet procreatio.Homicidium certo pecorū nun
ro luebatur,atque uniuerſa domus ſatisfactionem ca
bat.Conuictibus & hoſpitali menſæ ſupra modum ſ
debant.Nefas habebatur quenquam domo aut epulis
cuiſſe.Gaudebāt muneribus,nec data imputare,aut o
gari acceptis. Diem noctemq; potando continuare. T
mulentia nulli probro data eſt.Crebræ poſt crapulā
xæ,raro conuitijs,cæde ſæpius tranſigebantur:de pa
& bello in conuiuijs conſultare,quaſi nullo alio temp
re ſimplicius paterēt hominum curæ,aut ad res magn
magis incaleſcerent.Gens minime aſtuta, ſimpliciter
nia arcana detegere:poſtridie acta retractabant, ut
ſumma rerum deliberarent,dum fingere neſcirēt:dec
tum uerò ferrent,dum errare nō poſſent. Potus ex h
deo in ſimilitudinem uini corruptus: proximi fluuioru
accolæ aduectitia uina in uſu habebant. Cibus ſimple
agreſtia poma,recens farina,& lac concretū,potus i
moderatior.Vno ſpectaculorum genere uſi,ut nudi i
Ludēdi amor. uenes inter gladios & frameas ſeſe celeriter expediri
Exercitatio artem parabat,ars decorem.Aleæ adeò ſ
dioſi,ut cæteris amiſſis nouiſsimo iactu de libertate co
tenderent : uictus uoluntariam ſeruitutem adibat :
quanquàm iuuenis & robuſtus,ligari ſe & uendi pati
batur.Annum in hyemem,uer & æſtatem diuiſum ha
Funebris Germanorū luctus bant,autumnum uini & cæterarum frugum inopia n
ſcientes.In funere lamenta & lachrymas cito abſterg
bant,in dolore & triſticia permanebāt diutius:fœmin
tantum lugere permiſſum, uiris meminiſſe ſolum . Et
olim fuerunt Germanorum mores,talis uiuendi ritus.Se

quæ mutatio longo temporum interuallo, ut in cæteris gentibus, ſit facta, ex præſenti rerum ſtatu deprehendi poteſt. Omnis hodie Germanorum conditio ſiue ſtatus quadruplex eſt. Primus clericorum tam ſæcularium quàm religioſorum, utrique magnis & largis redditibus cēſibusq; prouiſi, ab alijs plurimum honoris percipiunt, nō ſolum, quòd Deo optimo maximo ſacrificent, ſanctorum laudes cantēt, ac animarum curam habeāt, ſed etiam quòd ſcripturas intelligant, & ipſas interpretentur, uitamq; cœlibem agant. Nam qui in his minus probātur facilè ab inerti uulgò aſpernari ſolēt. Veſtitu religioſi quique ſuo, & ſatis decenti utuntur. Sæculares tunicas portant fluxas, pullo ut plurimum colore, caput mitra lanea tegunt non multum faſtigiata, ſed capite auretenus ſatis adhærenti. Ex collo quum in publicum procedunt faſciam dependunt, quidam ſericam, quidam laneam honeſtatis tantummodo cauſa. Superducunt & calceis crepidas ſiue ſandalia, quæ domum reuerſi deponunt. Ocio maior pars uacat, literis pauci intendunt, pomeridianas horas ludendo potandoq; deducentes. Iniurias ſuas minores ſacerdotes ad Epiſcopū deferunt, & aliquando ad Romanam curiam, unde graui damno eos, qui nocuere aliquando afficiunt, & ſibi ſecuritatem parant. Secundus ſtatus nobilium eſt, hic gradus multos habet: ſunt enim principes, ſunt Comites, atque Barones, atque inferioris gradus milites. Principes non ſolum dignitate & generis claritudine, ſed & potentia cæteris antecedunt, terras habent & dominia latiſſima, Comites & Barones cæteriq; nobiles per regionem diſperſi florum ad inſtar interlucent. Sed

Recētia Germanorū inſtituta.

Clericorū Germanorū ſtudia

Secūdus ſtatus nobilium eſt.

illud in nobiliũ ordine mirum uideri poteſt, quod pri
cipes ipſi, atq; comites Cæſari, quoties imperij neceßit
exigit, obſequia tanquàm ſubiecti præſtent: milites exi
ptos ſe dicant, & niſi ad ſtipendium nemini ſeruiãt, ne
ſubditos ſuos ſeruire ſinant: & tamẽ Romanorum Impe
ratorem dominum ſuum ac principem eſſe dicãt & r
cognoſcant. Prophanari & nõ parũ minui generis ſu
ſplendorem exiſtimẽt, ſi mercaturam artemúe aliquan
mechanicam exerceant, Si Plebeiam aut ſibi inferioren
uxorem ducãt, Si aliena urbe ciuium more habitent. Ipſ
urbanorum cõſortia commercia omnia peroſi, arces &
robuſtiora ſplẽdidioráq; ædificia in montibus ſyluis &
rure collocata cum familia ſua libere habitant. Quidam
principum aut regũ curias frequentant, & bella ſequũ
tur: alij de redditibus ſuis & patrimonio uiuentes domi
manent, communiter tamen uenantur, quod ſolis ipſis li
cere longo uſu & conceſſa libertate cõtendũt: priuatis
leporum præſertim, caprearum, hinnulorũ ceruorũq;
uenatio in aliquibus locis oculorũ effoßione, in quibuſ
dam truncatiõe capitis interdicta. noxias tamẽ feras ca
ptare cuiq; licet. Lautè inſuper nobiles ipſi epulantur,
ueſtiũtur ſplendidè, auro & argento diuerſicoloreq; ſe
rico tam uiri quàm mulieres domi & foris ornantur,
multo familiarium cœtu incedunt, & inceſſu adeò matu
ro & præmeditato, ut à plebeis mox ut uideantur inter
noſci poßint. Equis ſi lõgius eundũ ſit, & nõ pedibus
uadũt: dedecoroſum enim hoc ualde ducunt, & merum
egeſtatis indicium. Sed prædari, ubi neceſſaria deſint,
non uerentur. Iniurias illatas raro iure, ſæpius congre
gato ex ſocijs equitatu, ferro, flammis, & rapinis ulci

Nobiliũ ſtudia.

Venatio priuatis interdicta.

Inceſſus nobilium.

ſcuntur:coguntq́; per hoc eos, qui intulerunt ad ſatiſfa ctionem. Gens ſuperba, inquieta, auara, eccleſiæ prælatis & eorum bonis inſidians ſemper. ſubditos ruſticos irremiſſa ſeruitute exercet, incredibile dictu, quantum miſeros & infelices homines uexet, quantum exugat. Eſſet Germania noſtra ter quaterq́; felix ſi Centauri iſti Dionyſij & Phalarides, aut eijcerentur, aut ſaltem ipſorum tyrannide refrænata & poteſtate diminuta, priuatim quemadmodum in Heluetia, nobiles uiuere cogerentur.

Germania abſq; nobilibus felix.

Sequens ſtatus oppidanorum eſt, quorum quidem Cæſari tantum ſubiecti ſunt, quidam principibus aut eccleſiæ prælatis. Qui Cæſari parent libertates multas habent, mores etiam & inſtituta quibus in communi fermè utuntur. Singulis ānis ex ciuibus magiſtratus ſuffragio creatur, apud quem ſumma poteſtas cum Imperio ſit, in caput animaduertere cuiuſq; habet, hoc ordine: Si de criminibus agitur, aſsident in concilio hi, quos ſibi ciuitas delegit, rei ipſi ligati adducuntur, accuſatoribus & reorum defenſoribus dicendi copia datur: quibus auditis, eunt in ſententiam, non ut leges cenſent, quas non nouerunt, ſed prout ratio eis dictat atq; iudiciorum conſuetudo habet, quod & in ciuilibus cauſis obſeruatur: excepto quod Cæſar in his appellari poteſt, in illis uero nō.

Tertius Germanorū ſtatus oppidanorum eſt.

Iudiciorū forma.

In omni fere imperiali ciuitate duplices ciues ſunt, ingenui & plebei. Mercantijs & officinis plebei intendunt, ingenui (qui & patricij dicuntur) patrimonijs tantum redditibusq́; ſuis contenti equeſtrem ordinem imitātur. Si plebeiorum quiſpiam ditior factus, ſe illis commercio aut conſuetudine cōmiſcere cōtenderit, repellitur. unde longo iam tempore uterq; ſtatus in ſuo ualore perdu

Ciuiū Germanorū conditio duplex.

rat. Reipublicæ adminiſtratio tamen ferè communis eſt, & utriſq; permiſſa: nec eis plebs ſeruire aut ſubiecta eſſe uidetur, ſua cuiq; ſubſtantia tuta eſt, & libertas, ſaluis legibus, ut uiuere uelint, in communi iuſtitia per totam regionem ab illiteratis adminiſtratur. In ſingulis oppidis & nonnullis pagis etiam uiri duodecim, uitæ integritate ac honeſtate præcipui eligūtur in iudices, nullo habito reſpectu ſciant ne literas uel non. illi iudicādi munus neceſſario ſubeūt: licet remunerationem ſeu mercedem inde nullam expectent, præter honorem, pro cōmuni tantummodo bono, ſuis negotijs poſthabitis, iudicijs ſtatuto tempore intendunt, iurantq; ſinguli ſe unicuiq; iudicaturos ſecundum quòd eis uiſum fuerit iuſtius atq; melius. Nec a ſententijs eorū maiores noſtri appellabant, indignum fore putantes, tantorum uirorum grauis iudicantiū decretis cōtraire. Hodie uerò paßim ab eis appellari cœpit, quod ferendum eſſet, ſi iudices, ad quos appellatum fuerit, in iudicando conſuetudinē priorum iudicum ſeruarēt: ſed hoc à paucis attenditur, immo plærunq; priorum iudicum ſententiæ, alioquin nullam iniquitatem continentes, ob id ſolum quia contra leges ſcriptas prolatæ inueniantur, retractantur, in quo ſine eorum demeritis & iudices primæ inſtantiæ imperitiæ ſugillantur, & uictrix pars grauatur: hoc quàm iuſtum ſit uiderint ipſi. Ciues inſuper honeſtißime inter ſe & amicißime uiuunt: in locis publicis & priuatis frequenter conuenientes mercātur, conuiuantur, colludunt, colloquūtur, raro alterutrum decipiunt, raro contendūt, quocunq; tempore, quocunq; etiam loco, tam uiri quàm mulieres obuiantes inuicem honorāt & ſalutant. Victu

Illiterati iudicāt uiri duodecim.

Ciuium cōcordia & conſuetudo.

ueſtituq́; priuatis diebus fermè omnes Germani admodũ frugali & ſimplici utuntur, feſtiuis parum ſplendidiori. Operantes in die quater comedunt, ocioſi bis. Habitus quo uiri induuntur communiter laneus eſt: quo mulieres lineus: ſed adeò utrorunq́; diuerſus & colore & forma ut raro unus ſicut alius ueſtitus appareat. Aduenticijs & nouis ueſtimentorum formis iam plurimum gaudent Italicis Gallicisq́; præſertim, à quibus ante paucos annos obtuſa calceamenta uiri, cum fluxis & diſciſsis manicis tunicas, & texta pilea, quæ pyretia uocãt, recepe runt, geſtabãtur mea adhuc memoria roſtrati calcei, ueſtes curtæ atq; ſtrictæ caudata capitia. Sed iſta antiqua uirorum frugalitas hodie ad mulieres uenit, mulieribus commiſſa eſt. hæ depoſitis multiplicibus peplis, quibus grandia olim capita faciebant, unico tantum hodie uelã tur, modeſtius incedunt. Aurum, argentum, & uniones exquiſita item ueſtimentorum fimbria ex uarijs & precioſis animalium pelliculis aut ſericis ferè omnino abiecerunt. Quid dicam de ueſtium Syrmatis, quæ niſi apud nobilitatem uix magis conſpiciuntur. Satis honeſtus hodie fœminarum ueſtitus eſt, ſatis decorus, nihil haberet quod merito reprehẽdere quis poſſet, ſi à quibuſdam ſuperne nimium non excauaretur. In funeribus & parentationibus nigris amiciuntur: defunctos dies triginta lugent, ac ipſis interim ter iuſta perſoluunt. primo uidelicet die, ſeptimo atq; triceſimo. Ad dei cultum deditiſsimi ſunt: nullus artificum eſt, qui mane, antequàm laborare incipiat ædes ſacras non intret, & diuino officio interſit. ſerui atq; ancillæ ad hoc à dominis quaſi compelluntur, turpe putant eiq; non modicum

Victus.

Habitus Germanorũ diuerſus.

Luctus funebris.

Germãi ad cultũ dei propẽſi.

exprobrandũ, qui ex pigritia aliaúe inani cauſſa ſacra negligunt. Eleemoſynas multas tribuunt. Nulla ferè ciuitas eſt in qua non fratrum mendicantiũ conuentus ſunt, peregrinorum inopum publica hoſpitia: Alũtur etiam iuuenes ephœbi, qui ſtudiorum cauſſa paterna domo digreſſi uoluntarie hincinde exulant, tam multi interdum in una ciuitate, ut mirari poſſis unde nutriantur, illi à ciuibus ex pietate hoſpitantur: uictum domeſticatim cantantes mendicant, eũ tamẽ large accipiunt, propter hoc quòd ædibus ſacris, et ſacerdotibus deputati diuina officia cantent, ad clericatumq; inſtituantur. Domus publica iuxta ſingulas parochias una eſt, in qua artium & diſciplinarum ſtudio tam hi quàm ciuium filij quotidie cõueniunt: qui ipſis præſunt docentq; uiri non minus uirtute quàm doctrina ſpectati ſunt: delinquẽtes & literarũ neglectores ferulis percutiunt aut uerbis duriuſculis caſtigãt. Priuatæ ædes penè omnes cõtiguæ ſunt, atq; pro ciuium facultate uicorumq; diſpoſitiõe conſtructæ. Diuites lapidibus cæmentoq; ſuperbe ædificant: pauperes luto & ligno tantũ humilius. tegulis tamẽ latericeis aut ſciſſili lapide ædificia ſua utriq; tegunt, ob decorémne aut aduerſus incendium affirmare non poſſum. In Saxonia & alijs plæriſq; locis dolatis aſſerculis operiũt: quare oppida parum uenuſta uiſuntur, & igni magis obnoxia ſunt. plateæ utplurimum ſilicibus ſtratæ ſunt. Portæ ſeu exitus urbiũ celſis turribus inſigniti, in quibus diurni cuſtodes aduentantes equites tuba ſignificare ſolent, ut hi qui portas inferius obſeruant præmoneantur, & eas in maiori tutela habeant. Vrbes communiter natura & arte munitæ, aut iuxta uorticoſa flumina uel in mon-

Miſericordes ſunt Germani.

Pueri ſtudiorũ cauſſa exulãtes

Vrbanorũ ædificiorũ forma.

Domorũ tecta in Saxonia.

Vrbium ſitus.

tes ſitæ ſunt: quæ in plano reſident muris foſſatis uallis inſuperabilibus circumſeptæ turribus & propugnaculis innumeris, ueluti ex terra, prominent. Eſt etiam multarum ciuitatum circumiacens ager foſsis adeo profundis & amplis cõcluſus ut ab externa populatiõe & is tutus ſit. Eorum poſtremum, qui in rure pagatim uillatimq; habitant, quiq; illud colunt, & propter hoc ruſtici uel rurales appellantur, ſi credere uelint, ſatis miſera & dura conditio eſt: ſeorſum ab alijs quiſq; cum familia & pecore ſuo humiliter uiuit: Caſæ luto lignoq; è terra paulùlum eductæ, & ſtramine cõtectæ, domus. Panis cibarius, puls auenacea, aut decoctũ legumẽ, cibus. Aqua ſerumue potus: Toga linea, perones duo & pileus fucatus, ueſtitus. Gens omni tempore inquieta, laborioſa, immunda. In uicinas ciuitates ad uendendum portat quicquid tã ex agro, quàm ex pecore fructus percipit: ſibiq; ibi ediuerſo comparat, quorumcunq; eget. Artifices enim ſecum habitantes nullos aut paucos habet. In ſacra æde, quæ in ſingulis uicis communiter una eſt, feſto die ante meridiem omnes cõueniunt & à ſacerdote ſuo dei uerbum & ſacra audiunt: poſt meridiem uerò ſub tilia aut alio publico loco, de ſuis rebus tractãt. Iuniores poſt eà modulante tibicine choream ducunt, ſenes petũt cauponam & uina bibũt. Abſq; armis in apertum uirorum nullus uadit, gladijs ad omnem temporis fortunam præcincti. Viros ſinguli pagi inter ſe eligunt duos aut quatuor, quos ruſticorum magiſtros appellant, contentionũ illi contractuumq; ſequeſtres ſunt, & reipublicæ diſpẽſatores: adminiſtrare tamen non habent, ſed domini, aut qui ab his eis præficiuntur barbaro nomine Sculteti.

Quartus Germanorũ ſtatus agricolarũ eſt.

Agricolarũ miſera conditio.

Quid diebus feſtis ruſtici agunt.

Ruſticorũ magiſtri.

Sculteti pagorum præfecti.

Dominis crebro per annum ſeruiunt, rus colunt, & ſe mine cōſpargunt, fructus metūt, & horreis importāt, ligna ſecant, domos ædificant, foſſas effodiunt. Nihil eſt quod ſeruilis & miſera gens ipſis debere non dicatur. Nihil etiam quod iuſſa facere abſq; periculo recuſare audeat, delinquens grauiter multatur. Sed nihil eſt genti durius, quàm quòd prædiorum quæ poßidet, maior pars nō ſua ſit, ſed illorum, à quibus certa frugum parte quotannis redimere debet. Et tales hodiē in uniuerſum Germanorum mores ſunt, hi uiuendi ritus.

De Saxonia, Saxonumq; & priſcis & recentibus moribus.

CAPVT XIII.

Saxoniæ limites.

SAxonia Germaniæ particularis regio, ab occaſu Viſera fluuio, aut ut alij uolunt, Rheno terminata, ad aquilonē Dacos habet, & mare Balteū: Frācones ad meridiem, quibus Boioarij & Boēmi obtēduntur: ad ortum Pruteni: intra quos terminos quàm multæ gētes diuerſis nominibus hodie includantur, ex ſupradicta Germaniæ deſcriptione intelligi poteſt, quas omnes Saxonici iuris eſſe uolūt. Terra à Saxonibus populis nomen accepit, quos quidam reliquias Macedonici exercitus, qui ſecutus magnum Alexandrum immatura ipſius morte per totum orbem ſit diſperſus, eſſe dixerunt. Quidā eos à Britannia quærendarū ſedium cauſſa nauigijs digreſſos Germaniæ adnauigaſſe & propulſatis Thuringis eorum terram occupaſſe. Erat enim Saxonica gens ab initio inquieta nimis, finitimorum ſedibus infeſta, domi tamen pacata & ciuium utilitatibus placida benignitate

Saxōes unde in Germaniā peruenere.

conſulens. Generis quoq; ac nobilitatis ſuæ prouidiſſimam curam habens, nec facilè ullis aliarum gentium uel ſibi inferiorum connubijs infecta, proprium ſyncerũ & tantum ſui ſimilem populum facere conata. Vnde habitus quoq; ac corporũ magnitudo, comarũ color tãquã in tãto numero hominũ idem penè omnibus. Quatuor in genere differentias habuit, Nobilium, Liberorum, Libertorum atq; Seruorum. Et id legibus cautum erat, ne ulla pars ſuæ ſortis oblita terminos in copulandis coniugijs tranſgrediatur. Sed nobilis nobilem ducat uxorem, & liber liberam, libertus cõiungatur libertæ, & ſeruus ancillæ. quicũq; uerò contrà faciat, cum uitæ ſuæ id damno luat. Legibus ad malefactorum uindictam optimis utebatur. Multa quoq; utilia & ſecũdũ naturæ legẽ honeſta in morũ ꝓbitate habere ſtuduit, quæ ei ad uerã beatitudinem promerendã ſuffeciſſent, ſi aliqualẽ creatoris ſui Dei optimi maximi notitiam habuiſſet. Frondoſis arboribus, fontibusq; uenerationem exhibuit, & trũco ligneo non paruæ magnitudinis ſub diuo erecto, quẽ patria lingua Irminſaul, latinè uniuerſalem columnã dixit, quaſi omnia ſuſtinentẽ. Coluit etiã Mercurium, cui certis diebus humanis hoſtijs litabat. Deos ſuos neq; templis includere, neq; humanæ ſpeciei aſſimulare, pro diuinitatis magnitudine & dignitate licitũ arbitrata eſt. His lucos & nemora conſecrauit, ab illorumq; nominibus dixit. ſecreta non niſi cum maxima reuerentia contemplabatur. Auſpicia & ſortes gens illa quàm maxime obſeruabat. Virgã frugiferæ arbori deciſam in ſurculos amputabat, eoſq; notis quibuſdam diſcretos ſuper candidam ueſtem temere, ac fortuito ſpargebat. Mox

Differẽtiæ Saxonũ quatuor

Leges quædã Saxonum.

Idololatriæ Saxones deditι.

Mercurius a Saxonibus obſeruatus.

Auſpicia & ſortes.

ſi publica conſultatio fuit,ſacerdos populi,ſi priuata
ipſe paterfamilias precatus deos,cælũq; ſuſpiciens,te
ſingulos tulit,ſublatisq;,ſecundum impreſſam antea no
tam interpretatus eſt:& ſi prohibuerunt,nulla de ead
re ipſa die conſultatio erat.Si permiſſum eſt,euentum
adhuc fides exigebatur.Auium uoces uolatusq; interro
Equorũ præſagia & monitus experiebãtus Saxones. gare proprium gẽtis erat,Equorum quoq; præſagia ac
monitus experiri,publicè alebãtur iiſdem in nemoribu
ac lucis cãdidi & nullo mortali opere cõtacti,quos p̃ſ
ſos ſacro curru ſacerdos uel Rex princepsúe ciuitati
comitabãtur,atq; hinnitus ac fremitus obſeruabãt,ne
ulli auſpicio maior fides adhibebatur,non ſolum apud
plebẽ,ſed apud proceres etiã atq; ſacerdotes.eos enim
miniſtros deorum eſſe,& diuinorum conſiliorum con
Alia auſpiciorũ captatio. ſcios credebãt.Erat & alia auſpiciorum obſeruatio gẽ
ti in uſu,qua grauium bellorum euentus explorabat:
eius uidelicet gentis cum qua bellandum fuit captiuum
quenq; interceptum compellẽdo cum electo populariũ
ſuorum decertare:uictoria huius uel illius pro præiudi
cio accipiebatur.Carolus magnus diutino bello gentem
omni impietate abiecta Chriſtianam fidem aſſumere coẽ
git,quã & hodie cum cæteris Germanis religioſiſſimè
obſeruat.Regio multis auguſtiſsimis & ſumptuoſiſsimis
Templũ in Alberſtadio. baſilicis,tẽplis,& cœnobijs clara,quod Alberſtadio eſt
beatæ uirgini ſacrum,prophanis non patet,tantum ini
tiati ſubeunt.Inducitur tamen unus aliquis è Populo ci
nericio die,hominum opinione nequiſsimus,hũc uelato
Mirãdus ritus capite,pulla ueſte ſacris admouẽt,quibus ritè peractis
templo eijcitur:eiectus toto ieiuniorũ tẽpore nudis cal
cibus urbem pererrat,diuorum templa uiſitabundus.

Sacerdotes

ſacerdotes illi uictum ſuggerũt,mox in dominica cœna terum templo inductus,poſt olei cõſecrationem ab uniuerſo clero expiatus dimittitur eleemoſyna prius accepta,quam piè offert templo.hunc Adam uulgò uocant, quia ut protoplaſtus ille omni uacet crimine,per eumq; ciuitas creditur expiata.Eſt ager Saxonicus rerum omnium præterquàm uini ferax,argenti atque æris foßiones multas habet.Ad Goslariã & plæriſq; alijs locis ſalem ex fontium quorundam aquis albißimum coquunt, & uectigal ingens percipiunt.Hordeum & triticum ſerunt,ex quibus non ſolum candidißimũ panem efficiunt, ſed etiam ob uini caritatem potum Ceruiſiam,quæ adeò ſitienter & immodeſtè ab ipſis bibitur,ut ubi in ſympoſijs cõuiuijsq; pocillatores nec hyalis nec cantharis ſat infundere poßint,repletum mulctrale apponant,& ſcutella iniecta hortẽtur quemq; pro libito potare.dictu incredibile eſt,quantũ huius liquoris in ſe immodeſtißima gens capiat,quantum mutuo ad bibendũ cogant & hortentur.non ſus,non taurus tantum ingurgitaret.Non ad ebrietatem atq; uomitũ potaſſe ſufficit,ſed rurſus ad ſobrietatem,dies noctibus noctes diebus continuãtes.Qui cunctos potando ſuperat,is non ſolum laudem & gloriã deportat,uerumetiã,pro quo contenderunt,ex bene olẽtibus herbis aut roſis ſertum aut quid aliud in præmium. Serpit ab illis eheu perditus mos ferè in totã Germaniã, ut eo modo etiam iam fortißima uina bibãtur,cum ineffabili malo.Hoſpiti uel alteri eum locum,in quo bibitur, ſubeunti,potum quotquot habent,aſſurgunt,& porrecto poculo ad combibẽdum officioſißime hortantur.Inimicus arbitratur qui ſæpius inuitatus nõ prætẽta cauſa

Sal ſaxonicũ.

Ceruiſia Saxonibus potus.

Saxonũ potandi immodeſtia.

Hoſpites excipiũtur potu.

compotare recuſat: cæde nõnunquàm & multo ſangui
Saxonũ cibus ne hoc dedecus expiatur. Cibatu Saxones duro & incõ
cinno utũtur, lardum, aridæ bilæ, cepæ crudæ, butyrum
ſalſum & nondum adhuc liquatum peculiaris genti ci-
bus. Dominicis diebus in plæriſq; locis coquunt quo per
hebdomadam ueſcantur. Infantes non ut apud nos pulte,
Infantũ nutrimentum. quæ farina & lacte concinnatur, nutriuntur, uerum ſo-
lidiori cibo qui bene maſticatus à nutricibus ad deglutiẽ
dum tenello ori immittitur: unde Saxones tali cibo in te-
Lingua Saxonum. nera ætate aſſueti, & tolerantiores redduntur & uali
diores. Linguam peculiarem habẽt. Veſtitum & cætera
cum alijs Germanici ſanguinis indiſcreta.

De Vueſtualia & iudicio Vueſtualis à Carolo commiſſo.

CAPVT XIIII.

Vueſtualiæ fines. VVeſtualia Saxoniæ limitibus incluſa, Rhenũ ab
occidẽte habet, Viſurgum, qui etiam Viſera di
citur ab oriẽte, à ſeptẽtriõe Phryſiã & Holan
Obnobij mõtes. diã meridiẽ Haſſiæ mõtes excipiũt, quos Obnobios Pto
lemæus appellare uidetur, ex qbus Amaſis fluuius ori-
Amaſis fluuius. tur, qui Padeburnam & Monaſterium nõ ignobiles ciui
tates mediam ferme prouinciam interſecat, & per Phri
ſiam defluens fertur in mare, Sala quoq; Druſi, qui Au-
Sala fluuius. guſti priuignus fuit, clade celebris. Hæc Regio olim, ut
Strabo ſcribit, à Bructeris inhabitata eſt. Alij à Sycam
bris dicũt. Hos populos Carolus Francorum Rex, qui
Magni cognomen tulit bello uictos primum ad Chriſtia
nam fidem compulit, cæterum quum ſæpius rebellarent,
repetitoq; idolorum cultu Chriſti religionẽ ſpernerẽt:

nec iuſiurandum quouis modo aduerterent, ut metu pœnæ gentis temeritatē Carolus compeſceret, occultos iudices inſtituit, quibus poteſtatem dedit, ut quamprimum deieraſſe aliquem comperiſſent, aut fregiſſe fidem, aut aliquod aliud ſcelus perpetraſſe, mox illum ubi primum comprehendi poſſet pro arbitrio necarēt, nulla citatione aut expurgatione præuia: uiros graues ac iuſtos elegit, qui plectere innocentes haud ab re poſſent. Terruit ea res Vueſtualos, ac demum in fide continuit, quum ſæpe in nemoribus & proceres & mediocres uiri laqueo ſuſpenſi inuenirentur, nulla accuſatione prius audita: quærentibus tamē cauſſam, conſtabat fidem fregiſſe aut magnum aliquod ſcelus commiſiſſe. Id iudicium ad noſtram uſque ætatem perdurat, uocaturq́; uetitum. Qui ei præſunt Scabini appellātur, quibus tanta præſumptio eſt, ut etiā per totam Germaniā iuriſdictionē ſuam extendi uelint. Secretos ritus habēt et arcana quædā inſtituta quibus malefactores iudicāt, ea nondū quiſquā repertus eſt qui uel precio uel metu reuelauerit. Ipſorū quoq; Scabinorū maior Pars occulta eſt, qui per prouincias diſcurrētes criminoſos notāt, & inferētes iudicio accuſant probantq́; ut eis mos eſt: dānati libro inſcribūtur, & iunioribus Scabinis cōmittitur executio. Rei ignari ſuæ dānationis ubicūq; reperiūtur ſupplicio afficiūtur: Degenerauit aūt hodie iudiciū: nā et uiles interdū perſonæ admittuntur, & ciuilia negotia tractare audēt, quibus erat ſolum de criminalibus pmiſſa poteſtas. Regio eſt admodū frigida, uini & frumēti inops: pane ueſcūtur nigro, ceruiſia potus eſt, Vinū quod Rheno aduehitur magno emitur precio, eo tantū opulēti & raro tñ utūtur: bellicoſi

Occulti iudices a Carolo inſtituti.

Iudiciū vetitū ſiue occultum.

Regionis Vueſtualiæ conditio.

indigenæ atq; ingenioſi: unde inoleuit prouerbium: Vueſtualiã *uitioſos ac fallaces homines potius gignere, quàm ſtultos. Præſuli* Colonienſi *parent.*

De Franconia, & Francorum multis ritibus.

CAPVT XV.

Franconiæ extiem ta es.

FRanconia *ſiue* Frãcia oriẽtalis Germaniæ *pars et ferè meditullium, à Sycambris quibus* Valẽtiniani *Cæſaris tempore ob* Halanos *deuicto* Francorum *nomẽ contigit appellata.* Sueuiam *&* Baioariam *à meridie habet,* Rhenus *illi occiduus eſt, ab ortu* Boẽmi *accolunt,* Haſſi *&* Thuringi Saxoniæ *populi à ſeptẽtrione,* Regio *latis ac denſiſſimis ſyluis, aſperisq; mõtibus clauſa, difficulter adiri poteſt: intus plana eſt innumeris turritis oppidis, caſtris et pagis exculta.* Sylua *quæ* Hercynia *dicitur æditiſſimis iugis per circuitum obfirmans eã ueluti natiuo muro ambit.* Moganus *nauigabile flumen,* Sala, *&* Thuberus, Necçharus *etiam perlabuntur.* Valles *in quibus decurrũt amplæ & profundæ ſunt, earũq; utraq; latera uitibus cõſita, uinum producunt, quod ob ſui præſtantiã ad remotiſſimas gẽtes tranſportatur.* Terra *præterquàm ea pars quæ* Norica *hodie uocatur atq; ubi fluminibus uicinior eſt, arenoſa nimiũ nõ eſt, ut* Aeneas Syluius *ſcriptũ reliquit, nec nimiũ etiã ſilicoſa.* Fertilis *omnis eſt,* Hordeũ, *triticũ, & omne frumentũ legumenq; ſatũ multo cũ fœnore reddit.* Nulla Germaniæ *p̃uincia plures & maiores cæpas gignit, nulla grandiora rapa, & caulis capita.* Adde Glycerhyſam *radicem melleam, quæ in* Babẽburgẽſi *agro tãta copia effoditur, ut*

hercynia ſylua Frãconiã claudit.

Vinum Frãconicum.

Fertilitas Frãconiæ.

Liquiricia glycerhyſa.

*ingētes currus ea onerari uideas.Eſt etiã undecũq; terra cultißimis pomarijs et pratis amœna.*Hominibus *omnigenisq; pecoribus abundans.*Eſt *piſcatio propter fluuiorũ copiam multa.*Maior *tamẽ uenatio feræ in nemoribus à principibus fouentur,apertá ſtabula hæ plurima habẽt in quibus hyemis tempore pabulũ & interdũ ſal accipiũt,ſeq; à cœli inclemẽtia tutantur:eas captare aut ſaltem perſequi priuatorum nemini cõceſſum.*Principes *quibus* Franconia *ſubiecta eſt quinq; ſunt,* Buggrauius Nornbergenſis,Comes Palatinus Rheni *duo ſæculares,* Babenbergenſis,Herbipolẽſis,Maguntinẽſis *tres eccleſiaſtici.*Herbipolenſis *terræ ducatum habet,quare dum ſacris operatur in altari denudatũ gladium habet atq; uexillum,is die quo* Metropolim *primum cathedramq; epiſcopalem poßidere intendit,pro more ciuitatẽ ipſam ingenti ac exquiſitißimo equitatu accedit, in quã admiſſus,intra portas de equo deſcendit,et paludamẽto omni abiecto griſeam & uilem tunicam induit.funeq; præcingit,atq; in ea palmis & capite nudus humiliter in baſilicam ad patres concanonicos aſcendit,quibus fidelitate promiſſa in cathedram ſublimatur:ducitur tamen prius ad epiſcopi cuiuſdam ſtatuam,ibiq; ſerio admonetur, ut talem agere uelit,qualis ille fuerit.qui ex humili & abiecto ſcholaſticulo per diſcordiam contemptumq; electus eccleſiæ ſtatum optime adminiſtrauit.* Huic *cathedræ nullus ex* Ducibus *aut etiã* Comitibus *ꝓgenitus præficitur,ſed qui ex inferiori nobiliũ ordine ſint.* Non *quòd principem ſuſtentare non poßit,quum opulenta & potens ſatis exiſtat,uerum ut epiſcopatus apud eos ꝑmaneat ex quibus maior* Canonicorũ *pars cõſtet.* Eſt *etiã*

Frãconiæ principes.

Epiſcopus herbipolenſis Frãconiæ dux.

Epiſcopatum Herbipolẽſem qs adminiſtret.

Præpoſitura herbipolenſis.

Herbipolenſis eccleſiæ præpoſitura inſignis, quam quoties nouus poſſeſſor intrat, debet ille in multis per regionem pagis, ob decimam, quã in his habet, referta uino ingentia dolia in publicũ ſtatuere, & ſcutellas aliquot imponere, ex quibus quicũq; uelit bibere poßit. Franconiæ *gens à cæteris Germanis & habitu & corpore nihil differt: laboris patientißima eſt: in uinetis colendis tam uiri quàm mulieres exercẽtur: nemini otiũ datur.* Vinũ *quod inde percipit ob domeſticam egeſtatẽ uulgò uendit, ipſa aquam bibit. Ceruiſiam contemnit, nec facilè ad ſe deferri permittit. In* Herbipoli *ieiuniorũ tantummodo tempore, & extra ciuitatem in naualibus hæc uenditur, ut hi, qui tum ſe à uino abſtinẽt eam aquæ loco habeant. Inſolens gens eſt, ſuperbaq;, multũ ſibi arrogans, multũ præſumens, alias nationes contemnit: cauillisq; adeò plærũq; proſequitur, ut qui cum ea morãtur, niſi lingua prodat patriam ſuam non dicant. Eos qui hæc patiẽter ferũt facilè ſecum commorari patitur, & ueluti per hoc approbatos cõiugijs admittit: unde multi* Sueui, *multi* Bauari, *Haßiq; in* Frãconia *habitãt.* Ad Dei *inſuper cultũ propenſa eſt, duo tamẽ nõ mediocria uicia ſunt, quibus plus ſatis hodie gens illa indulget, blaſphemia uidelicet & latrociniũ, illud decorũ, hoc honeſtũ reputans, & ſibi ex longo uſu licitum. Multos mirandos ritus obſeruat quos ideo referre uolo, ne quæ de externis ſcribũtur inanes fabulæ æſtimẽtur. In trium quintarum feriarum noctibus, quæ proxime domini noſtri natalem præcedunt, utriuſq; ſexus pueri domeſticatim eunt ianuas pulſitantes, cantãteſq; futurum ſaluatoris exortum annunciant & ſalubrem annum: unde ab his qui in ædibus ſunt pyra poma*

Frãcones a cæteris Germanis nihil differunt.

Ceruiſia cõtemnitur a Franconibus.

In Franconia multi aduenæ.

Duobus uitijs Frãcones obnoxij.

Mos in quintis ferijs ante chriſti natalem.

nuces & nummos etiam percipiunt. Quo Chriſti Ieſu natalem gaudio in tẽplis non clerus ſolum ſed omnis po pulus excipiat: ex hoc attendi poteſt quòd puerili ſtatũ cula in altare collocata, quæ nuper æditũ repreſentet, iuuenes cum puellis per circuitum tripudiantes choreas agant, ſeniores cantent more haud multum ab eo quidẽ diuerſo, quo Corybãtes olim in Ideæ montis antro circa Iouem uagientem exultaſſe fabulantur. Kalendis Ianua rij, quo tempore & annus & omnis computatio noſtra inchoatur, cognatus cognatũ, amicus amicum accedũt, & conſertis manibus inuicem in nouum annum proſpe ritatem imprecãtur, diemq; illum feſtiua congratulatio ne & compotatione deducunt. Tunc etiam ex auita cõ ſuetudine ultro citroq; munera mittuntur, quæ à Sa turnalibus quæ eo tempore celebrabantur à Romanis Saturnalitia, à Græcis Apophoreta dicta ſunt. Hũc mo rem anno ſuperiori ego ita uerſificaui, Chriſte patris uerbum &c.

Mos in Chriſti natali.

Corybãtes circa Iouem.

Natalemq; tuum celebrantes octo diebus
  Concinimus laudem, perpetuumq; decus.
Atq; tuo exemplo moniti munuſcula notis
  Aut cappum pinguem mittimus, aut leporem,
Aut his liba damus ſignis & imagine preſſa.
  Mittimus aut Calathis aurea mala decem,
Aurea mala decem, buxo criſtata uirenti,
  Et uarijs caris rebus aromaticis.

In Epiphania domini ſingulæ familiæ ex melle farina addito zinzibere & pipere libum conficiunt, & regem ſibi legunt, hoc modo: Libum materfamilias facit, cui abſque conſideratione inter ſubigendum denarium

In Epiphania domini domeſticatim rex eligitur.

unum immittit, poſteà amoto igne ſupra calidum focum illud torret, toſtũ in tot partes frãgit, quot homines familia habet, demum diſtribuit, cuiq; partem unam tribuens. Adſignãtur etiam Chriſto, beatæq; uirgini & tribus Magis ſuæ partes, quæ loco eleemoſynæ elargiũtur.

Quomodo rex eligatur.

In cuius autem portiõe denarius repertus fuerit, hic rex ab omnibus ſalutatus, in ſedem locatur, & ter in altum cum iubilo eleuatur, ipſe in dextra cretam habet, qua toties ſignum Crucis ſupra in triclinij laquearijs deliniat, quæ Cruces quòd obſtare plurimis malis credantur, in multa obſeruatione habentur.

Aedes ſubfumigantur.

Duodecim illis noctibus, quæ Chriſti natalem Epiphaniamq; intercurrunt, nulla ferè per Frãconiam domus eſt quæ ſaltem inhabitetur, quæ thure aut aliqua alia redolẽti materia aduerſus dæmonum incantatricumq; inſidias nõ ſubfumigetur. Quo itẽ modo tres præcedentes quadrageſimale ieiuniũ dies peragat, dicere opus non erit ſi cognoſcatũr, qua populari, qua ſpontanea inſania cætera Germania, à qua &

Carnis priuij dies.

Franconia minime deſciſcit, tũc uiuat. Comedit enim & bibit, ſeq; ludo iocoq; omnimodo adeò dedit, quaſi uſui nunquàm ueniant, quaſi cras moritura hodie prius omnium rerum ſatietatem capere uelit.

Germani annuatĩ inſaniũt

Noui aliquid ſpectaculi quiſq; excogitat, quo mẽtes & oculos omnium delectet admiratiõeq; detineat. Atq; ne pudor obſtet, qui ſe ludicro illi committunt facies laruis obducunt, ſexum & ætatem mentiẽtes, uiri mulierum ueſtimẽta, mulieres uirorum induũt. Quidam ſatyras aut malos dæmones potius repræſentare uolentes, minio ſe aut atramento tingunt, habituq; nefando deturpant: alij nudi diſcurrentes Lupercos agunt, à quibus ego annuum iſtum delirandi

morem ad nos defluxiſſe exiſtimo. Non enim multum di-
uerſus eſt à Lupercalibus ſacris, quæ Lycæo Pani in Lupercalia.
mēſe Februario olim à nobiliſſimis Romanorū iuuenibus
celebrabātur, qui nudi, facieſq; ſanguine fœdati per ur-
bem uagantes obuios loris cedebant, quos noſtri ſaccis
cinere refertis percutiūt. In die cinerū mirum eſt quod Mos in cinerū die.
in plæriſq; locis agitur. uirgines quotquot per annū cho
ream frequētauerunt, à iuuenibus cōgregantur, & ara-
tro pro equis aduectæ, cum tibicine, qui ſuper illud mo-
dulans ſedet, in fluuium aut lacum trahuntur. id quare
fiat nō plane uideo, niſi cogitē eas per hoc expiare uel-
le, quòd feſtis diebus cōtra eccleſiæ præceptum à leuita
te ſua nō abſtinuerint. In medio quadrageſimæ, quo qui
dem tēpore ad læticiā nos eccleſia adhortatur: Iuuētus Mos in medio quadrageſimæ
in patria mea ex ſtramine imaginē contexit, quæ mortē
ipſam (quemadmodum depingitur) imitetur: inde haſta
ſuſpenſam in uicinos pagos uociferās portat. Ab aliqui
bus perhumane ſuſcipitur & lacte piſis ſiccatiſq; pyris
quibus tum uulgo ueſci ſolemus refecta domum remitti-
tur: à cæteris quia malæ rei, utputa mortis, prænūcia ſit
humanitatis nihil percipit, ſed armis & ignominia etiā
adfecta à finibus repellitur. Eodem tēpore & talis mos
obſeruatur: intexitur ſtramine uetus una lignea rota, at
q; à magno iuuenum cœtu in æditiorem montē geſtata
poſt uarios luſus, quos in illius uertice illi toto die, niſi
frugus impediat, celebrant: circiter ueſperàm incēditur,
& ita flammans in ſubiectam uallem ab alto rotatur, ſtu
pendum certe ſpectaculum præbet, ut plæriq; qui prius
non uiderint Solem putant aut lunam cœlo decidere. In
Paſchate uulgo placentæ pinſuntur, quarum una inter- In Paſchate ritus.

dum duæ, adoleſcentibus una, puellis altera à ditiori ali quo proponuntur, pro quibus in prato, ubi ante nocti ingens hominum concurſus fit, quique agiles pedeſtre currant. Ad parrochialium templorum dedicationes quæ Chriſtiano inſtituto quotannis feſtiuo gaudio & ci meſſatione à totis pagis peragũtur, adoleſcẽtes ex alij locis nõ templa, ſed choreas uiſitaturi cũ armis & tym pano, ueluti ad pugnam, quam & ſæpius aut inueniunt aut ſuſcitant, turmatim eunt, redeuntq; capitibus ob i multoties cruentantibus. Tribus illis diebus, quibus apo ſtolico inſtituto maiores letaniæ paßim per totũ orbi peraguntur, in plurimis Franconiæ locis multæ cruce (ſic enim dicunt parochianos cœtus quibus tum ſancta crucis uexillum præferri ſolet) conueniunt. In ſacriſq ædibus non ſimul & unam melodiam, ſed ſingulæ ſingu lam per choros ſeparatim canunt: & puellæ & adole ſcentes mundiori quiq; habitu amicti frondẽtibus ſerti caput coronati omneis, & Scipionibus ſalignis inſtruct Stant ſacrarum ædium ſacerdotes diligẽter ſingularum cantus attendentes, & quacunq; ſuauius cantare cogno ſcunt illi ex ueteri more aliquot uini conchos dari adiu dicant. Pentecoſtes tempore ubiq; ferè hoc agitur: cõ ueniunt quicunq; equos habẽt, aut mutuare poſſunt, & cum dominico corpore quod ſacerdotum unus etiã equo inſidens collo in burſa ſuſpenſum defert, totius agri ſu limites obſequitant cãtãtes ſupplicãteſq; ut ſegetes deu ab omni cœli iniuria & calamitate conſeruare uelit. In die ſancti Vrbani uinitores in foro aut alio publico loco menſam locant, mappis fronde, & plurimis redolẽtibu herbis inſtruunt, deſuper ſtatunculam beati pontifici

In eccleſiarum dedicatiõibus ritus.

Ritus in maio ribus ſupplica tionibus.

Pentecoſtes tẽ pore ritus.

Ritus i die ſan cti Vrbani.

ſtatuentes, quam ſi dies ſerena eſt, largo uino coronant, & omni honore proſequuntur, ſi uerò pluuialis id non ſolum non faciunt, ſed luto proijciunt, & aqua immodica perfundunt: perſuaſum enim habent, illius diei tempeſtate auſpicioq; uinum tunc floreſcens & augmentari & diminui. In nocte ſancti Ioannis baptiſtæ in omnibus ferè per Germaniam uicis & oppidis, publici ignes parantur, ad quem utriuſq; ſexus iuuenes & ſenes conuenientes choreas cum cantu agunt. multas etiam ſuperſtitiones obſeruant. Artemiſia & uerbena coronati in manibus flores, qui à ſimilitudine calcaris militaria calcaria dicuntur, geſtantes, ignem, niſi per eos, non aſpiciunt, oculos id per totum annum à languoribus conſeruare credunt. Qui abire intendit ille herbas, quibus, ut dixi, præcinctus fuit, igni inijcit, dicens, abeat & comburatur cum his omne infortunium meum. Ante arcem in monte, qui urbi Herbipoli ſupereminet ab epiſcopi auſpicis, etiam ignis fit, cui orbiculi quidam lignei perforati imponuntur, qui cum inflammãtur, flexilibus uirgis præfixi, arte & ui in aërem ſupra Moganum amnem excutiuntur: Draconem igneum uolare putant, qui prius nõ uiderunt. Fiunt eodem tempore figulino opere ollæ quædam, ita multis foraminibus diſciſſæ perforatæq;, ut partes uix ſibi cohæreant, puellæ illas emunt, & purpurearum roſarum folijs obductus impoſito lumine ex domorum culminibus pro lucerna ſuſpendunt. Tunc temporis adoleſcentes pagis totas pinos inferunt: quas cum inferioribus ramis abſectis, ſuperiores ſpeculis, uitris, ſertis, bracteolisq; ſplendicantibus exornant, arborem terræ infixam per totam æſtatem ita ſtare ſi

In vigilia ſãcti Ioãnis ritus varij.

Ollæ cũ luminibus ſuſpẽdunt.

Arbores frõdẽtes pagis inuehuntur.

nunt. Autumni *tempore cum uuæ iam maturæ ſunt,n*
anteà uindemiare cuiquam conceſſum,quàm domini q
Vindemiandi ritus. *bus decima debetur hoc permiſerint:nō enim ille hodi*
cras alter legit,ſed quotquot in uno colle uina haben
uno uel duobus diebus omnes omnia abſcerpunt,indic
tur hodie in illo cras in altero legendū: decimæ in ual
bus ſub uinetis excipiūtur,qui tardius,quàm iuſſum eſ
uindemiare uolunt non ſolum cum licentia facere d
bent,ſed etiam ſuis expenſis decimam in domini torcul
inferre. Herbipoli *cuiq; uindemianti ob exhibitam cr*
do in decimando infidelitatem iuuenis addicitur, qui d
gēter notet, & iubeat etiam, ut quodq; decimum uas
ctum abſq; fraude domino ſuo tribuatur. Finita *uindem*
bi pueri omnes in campo conuenientes ſinguli ſe de ſtr
mine,quod ad hoc aduectum eſt,una aut duabus facib
In feſtis ſanctorū Martini & Nicolai ritus. *armant,quibus ſub noctem incenſis cantantes ciuitate*
ingrediuntur. Hoc *more autumnum ſe expurgare at*
exurere dicūt. Martini *&* Nicolai *ſanctorū præſulu*
utrorunq; dies miro gaudio,mira feſtiuitate Franconi
gens colit,diuerſimode tamen,in ſacris ædibus & alta
In feſto ſancti Martini. *hæc,illa in menſa & popinis.* Nemo *per totā regione*
tanta paupertate premitur,nemo tanta tenacitate ten
tur,qui in feſto ſancti Martini *non altili aliquo , uel ſa*
tem ſuillo uitulinoùe uiſcere aſſato ueſcatur : qui uin
nō remiſsius indulgeat. Quilibet *enim tūc noua uina ſu*
à quibus ſe adhuc uſq; abſtinuit , deguſtat & dat deg
ſtare,omnia. Erogantur *in* Herbipoli *& plæriſq; loc*
hac etiam die pauperibus ex pietate uina. Spectacula *p*
blica eduntur,duo aut plures frendentes apri circo in
cludūtur:ut mutuo ſe exertis dentibus uiſceratim diſſe

ent,quorũ carnes ubi uulnerati cõciderint partim ple-
i partim poteſtatibus diuidũtur. In die uerò ſancti Ni- In die ſancti Nicolai.
olai adoleſcentes qui diſciplinarum gratia ſcholas fre-
uentant,inter ſe tres eligunt. unũ,qui epiſcopum: duos
ui diaconos agant: is ipſa die in ſacram ædem ſolenni-
er à ſcholaſtico cœtu introductus diuinis officijs inſula
is præſidet: quibus finitis,cum electis domeſticatim cã
ido nummos colligit,eleemoſynam eſſe negant,ſed epi-
opi ſubſidiũ. Vigiliam diei pueri à parentibus ieiunare Pueri ieiunãt.
o modo inuitantur,quòd perſuaſum habeant,ea munuſ
ula quæ noctu ipſis in calceos ſub menſam ad hoc lo-
atos imponũtur,ſe à largißimo præſule Nicolao perci
ere: unde tanto deſyderio plæriq; ieiunant,ut quia eo-
um ſanitati timeatur,ad cibum compellendi ſint. Et ta-
s hodie Franconũ famoſi mores ſunt,tales annui ritus.

De Sueuia, Sueuorumq́ moribus & priſcis & recentibus.

CAPVT XVI.

SVeuia Germaniæ prouincia ætate noſtra iſtis fini- Sueuiæ fines.
bus deſcribitur,ab oriente Baioarijs,ab occaſu Al
ſatẽſibus & Rheno iũgitur, Alpiũ iuga à meridie Sueui vnde in Germaniam venerunt.
abet,à ſeptentrione Franconiam. A Sueuis Populis di-
ta,qui ex ea Scythiæ parte quæ hodie Liuonia et Pruſ
a eſt digreßi,ibi cõſederunt authore Antonio Sabelli-
o,& confirmare iſtud Lucanus uidetur inquiens,
udit ab extremo flauos aquilone Sueuos.
Alemãnia prius nominata fuit à lacu Lemãno,qui & Sueuia olim Alemãnia.
auſanenſis uocatur. Suprema portio totius Germaniæ
ueuia eſt: duob.s clarißimis fluminibus Rheno & Da-

nubio irrigatur: quorum alter modico fluxu in occide
tem oceano miſcetur. Hic ediuerſo in oriẽtem per innu
Sueuiæ cõditio meras gentes uolutatus pontum influit. Terra parti
plana, partim montoſa. Ager fertilis cuius nulla pars i
culta iacet, præter quam aut lacus, aut montes uel ſy
uæ occupant. Nemora in ea multa, & ob id genti uen
tio frequens, aucupium peculiare, frumentorum abu
Laudes ſueuiæ dantia, pecorum magna uis. Conualles plurimæ peren
bus riuis clariſsimæ nudiq; amnes procurrunt, qui ſe u
uerſi in Rhenum & Danubium exonerant. Tota inſ
per prouincia ſalubritate gaudens, celebratiſsimis urb
bus, uicis & caſtellis referta. Arces excelſæ natura c
arte munitæ, & quod ad Chriſtianam religionem pert
net pulcherrimis atq; ditiſsimis templis collegijs, mon
ſterijs uariorum ordinum ſexus utriuſq;, baſilicis, parc
chialibusq; eccleſijs eſt exornata. Circa montes ferrum
argentum, & metalla procreat. Gens populoſa, forti
audax, & bellicoſa, procera corpore, flauo crine, uenu
ſta facie, & decora, ingenio ſingulari prædita: præſta
Præſtantiſſimi Germanorum Sueui. tiſsima Germanorũ à Plutarcho dicta. Cuius gloria e
uſq; creuiſſe memoratur, ut uirtute & armis Imperiu
orbis meruerit, illudq; ultra unius ſæculi ſpacium magi
ficentiſsime tenuit. Sed uiduata poſteà ſuis principibu
neſcio qua fortunæ iniquitate dicam aut ignauia mo
ſubſtitit, quaſi non extet, quo famam ſuam extender
aut quod minus eſt tueri poſsit. Caius Iulius Cæſar i
quarto commentariorum de hac ita ſcribit, Sueuorum
Antiqui Sueuorum mores. gens lõge maxima ac bellicoſiſsima Germanorũ omni
Centum Sueuorum pagi. centum pagos habere dicuntur, ex quibus quotãnis ſin
gula millia armatorũ bellandi cauſſa è finibus educun

ur reliqui, qui domi remanſerint ſe atq; illos alunt. Hi
urſus inuicem anno poſt in armis ſunt, illi domi rema-
ent: ſic nec agricultura, neq; ratio, atq; uſus belli inter-
nittitur, ſed priuati ac ſeparati agri apud eos nihil eſt:
Neq; longius anno remanere uno in loco incolēdi cauſa
cet. Nō frumento ſolū, ſed uulgo lacte & pecore uiuūt
ultūq; ſunt in uenatiōe, quæ res & cibi genere & quo
idiana exercitatione & libertate uitæ (quòd à pueris
ullo officio aut diſciplina cōſuefacti nihil omnino con-
ra uoluntatē faciāt) & uires alit & immani corpore
oīes efficit, atq; in eā ſe conſuetudinem adduxerunt, ut
ub cœlo frigidiſſimo habitantes neq; ueſtem ullam præ-
er pelles habeāt, quarum propter exiguitatem, maior
orporis pars nuda & aperta eſt. lauantur in flumini-
us. Mercatoribus eſt ad eos aditus magis, eo quod quæ
ello cœperunt uendant, quàm ut aliquam rem ad ſe de-
rri deſyderent: quinetiam iumentis, quibus Galli maxi
e delectantur, quæq; impenſo parant precio, Germani
on utuntur, ſed quæ apud eos ſunt & natura praua,
& deformia: hæc quotidiana exercitatiōe ſummi ut ſint
boris efficiūt. Equeſtribus prælijs ſæpe de equis deſi-
unt, ac pedites præliantur: & eos eodem ueſtigio rema
ere edoctos, ubi uſus eſt, celeriter repetunt. Neq; mo-
ibus ſuis quicquam inboneſtius aut inertius putant,
uàm ephippijs uti. Itaq; ad quemuis ephippiatorum
quitum numerum (quamuis pauci) adire audent. Vi-
um ad ſe importari omnino non ſinunt, quod ea re
d laborem ferēdum remolleſcere homines atq; effœmi
ari arbitrentur. Publicæ eſſe laudis putant quā latiſſi-
e à ſuis finibus uacare agros, hac re ſignificari magnū

Victus Sueuorū ex pecore

Veſtitus Sueuorū pelles erāt.

Ephippijs nō ſunt vſi Germani.

Vinū ad ſe importari non patiebantur Sueui.

ciuitatum numerum ſuam uim ſuſtinere non poſſe,pro
pter quod una parte a Sueuis circiter mille ſexcẽtorum
paſſuum agri uacare dicuntur. Cornelius Tacitus, ub
de Germaniæ ſitu & gentis moribus ſcribit,de Sueui
ita refert:Maiorem inquiens Germani partem proprij
adhuc nationibus nominibusq; diſcreti ſunt,quanquam
in cõmuni Sueui uocentur.Inſigne(inquit)gentis eſt obl
quare crinem nodoq; ſubſtringere:ſic Sueuia a cæteri
Germanis, ſic Sueuorum ingenui à ſeruis ſeparantur
apud eos uſq; ad canitiem horrentem capillum retro ſ
quũtur, ac ſæpe in ipſo uertice religant principes orn
tiorem habent.Statuto tempore in ſyluam augurijs pa
trum & priſca formidine ſacram omnes eiuſdem ſangu
nis populi legationibus coẽunt:cæſoq; publicè homine
celebrant,barbari certe ritus horrẽdaq; primordia.Eſt
& alia luco reuerentia.Nemo niſi uinculo ligatus ingre
ditur,ut minor,& numinis poteſtatem præ ſe ferens: ſi
forte prolapſus attolli & inſurgere haud licitum,per hu
mum euoluuntur,eoq; omnis ſuperſtitio reſpicit,tanqua
inde initia gentis,ubi regnator omnium deus,cætera ſub
iecta atq; parentia.Pars quoq; Sueuorum ut idem Cor
nelius habet,Iſidi ſacrificat.peculiaria cætera Germa
nis & ipſis ſunt communia.Verum enimuero non ſolum
apud Sueuos,ſed & apud omnes ferè gẽtes mutati ſunt
mores:& quod dolendum plurimum eſt,ferè in peius,
Nam hodie potentiores Sueuorum ferè omnes mercatu
ræ uacant,ſocietatem ſiue confœderationẽ unam multi
ineunt,ac certam pecuniæ ſummam quiſq; ponit, qua
non ſolum aromata,ſerica,atq; alias precioſas merces
quæ ad nos à tranſmarinis & remotiſſimis regionibus
trãſuehuntur

Germani cõi nomine Sueui appellati.

Crinem nodo ſubſtringebãt Sueui.

Sacrificandi Sueuorũ ritus.

Superſtitio gẽtis admirãda.

Iſidi ſacrificabãt Sueui.

Recẽtiores Sueuorum mores.

ranſuehuntur,emunt,ſed uilia etiam ut coclearia ſunt,
cus,ſpecilla,pupæ,& huiuſmodi:præemunt etiã uina
& frumenta,quod ego tamen non laudo:quum id nõ mi
us opificibus & agricolis graue damnoſumq; ſit(qui
a ante tempus gryphonibus iſtis ne potius dicam uel
ercatoribus,uendũt quæ poſtmodũ neceſſitate cogen
duplo ære redimere ab ipſis debent)quàm toti prouin
æ:quæ,quibuſcũq; indiget,non apud uicinas gentes,à
uibus minori precio habere poſſit accipere debet (ſic
nim à corruptis munere principibus impetratũ)ſed ab
lis in Stutgardia,aut alias ubi emporia habent.Ipſi ta-
en per ſe non negotiãtur, ſed communibus ſeruitijs,
ui contractam rurſus pecuniam unà cum lucro cõgre-
antes certo tempore rationem ponunt ſingulisq; domi
orum lucri partem fideliter præbẽt.Priuati Sueuorũ
ulla alia re,nullo artificio magis occupãtur, quàm lini
peratione,cui adeò incumbunt,adeò dediti ſunt ut in
uibuſdam Sueuiæ locis nedum mulieres & puellæ,ſed
doleſcentes & uiri hyemis tempore colo admouẽtur.
anni genus faciunt cuius tela linea eſt intextum bõby-
num,Pargath illud uocantes:faciunt & totum lineũ,
uod Golſch appellant.Compertum habeo,apud Vlmẽ
s ſolum quotannis utriuſq; generis pannos parari cen
um millia,ex quo quiſq; cõiecturare poteſt quàm incõ
rehẽſibilis incredibilisq; ſumma in tota regione elabo-
etur.Ad remotiſsimas nationes iſti panni tranſuehun-
ur,& maxime bis in anno ad Emporium Franconafor
enſe:ubi quàm ingens uectigal Sueuicæ natiõi accedit.
ræctereà quoniam bonis mala cõmixta ſemper ſunt:&
ulla ex omni parte erecta:ſunt Sueui in uenerem ſupra

Mercatores Sueuorũ Germanicæ reipu. damnoſi.

Omnis Sueuia in lino operatur.

Sueui in uenerẽ proni.

modum próni:fœmineus ſexus uirili ad malum facilè c
ſentiens:immaturè uterq; præuaricatur,ſerò reſipiſci
Ego huic uitio maxime ſuffragari exiſtimo quòd,quen
admodum in alijs Germaniæ prouincijs,eccleſiaſtica
ſura,publici illi fornicarij,adulteri,raptores minus inſ
ctetur.Prouerbium ortum,unam Sueuiam latæ Germ
niæ ſatis meretricum transfundere: quemadmodum Fr
coniam copiam dare raptorum & mendicantium,Bo
miam Hæreticorum,Baioariam furum,Heluetiam car
nificum,& lenonũ,Saxoniam potatorum, Friſiam atq
Vueſtualiam periurorum,Rhenum gulonum.

Prouerbium quo Germanorum mores notantur.

De Bauaria & Charinthia, & earum Priſcis Legibus moribusq; quibus hodie uiuunt.

CAPVT XVIII.

Noricum.

Bauariæ limites.

B*Auaria Germaniæ ꝓuincia ab Auaribus Hunō*
rũ reliquijs:qui Noricis expulſis in ea terra cōſ
dere adiecta B litera appellatur.Baioaria etiā
Boijs Ciſalpinæ Galliæ populis hoc loci aliquādo mor
tis dicitur,Noricum olim fuit.Hungariam ab oriēte ha
bet,ab occidēte Sueuiam,à meridie Italiam,à ſeptentri
ne Frāconiam atq; Boēmiam.Danubio inſigni fluuio ex
Sueuia profluente irrigatur,Auſtriam,Stiriam & Cha
rinthiam in ſe comprehendit,quòd idem ferè homines,
iiſdem moribus & lingua utātur, Noricis prætereà fi
nibus quōdam contenti erant.Beatus Lucius Britānia
rex primũ,deinde ſanctus Rupertus,ultimo Bonifacius
Moguntinus Archiepiſcopus Chriſtianam pietatem edo
cuit.In quatuor Epiſcopatus Bauaria diuiditur,Saltz

burgēſem, Patauiēſem, Phriſingenſem, Rhatiſponenſem, Nulla Germaniæ prouincia pluribus cultioribus urbibus illuſtratur. Saltzburga, quæ Iuuania fuiſſe creditur Metropolis eſt, Monachium ducalis ſedes hodie, olim Schiren fuit. Hæc terra priuſquàm in prouinciam redigeretur à proprio rege ad Arnolphi imperatoris uſq; tempora adminiſtrata eſt: eum ut Parthia ſuum Arſacē & Aegyptus Ptholomæum, ipſa Cacānum nominauit, deinde duces habere cœpit: hodieq; tenet. Qui ex una illuſtri Agilolfingorū familia diu eligebantur omnes. Gētis mores uiuēdiq; inſtituta ex legibus, quas orthodoxa fide recens ſuſcepta habuere, cognoſci poſſunt: tales fuere, ut liberæ cōditionis homo Chirographo & ſex teſtibus, quorum nomina, & manus ſuas imponat cōfirmet, ſi uillas, terram, mancipia, pecuniam, aut quid aliud eccleſiæ donauerit, ſchedam præſente ſacerdote altari ſuperponat. Nec ipſi nec poſteris illius poteſtas eius rei ſit ulterius, niſi eccleſia permittat. Apud Epiſcopū defendatur qcquid eccleſiæ Dei datū fuerit. Dei iudiciū et ſanctæ eccleſiæ offenſam incurrat, reſtituereq; cogatur aut à rege aut principe: quicūq; eccleſiæ, aut eius rebus iniurius fuerit, uncias auri tres pro multa perſoluat. Negans ante altare populo ſacerdoteq; præſentibus ſecundum pecuniæ ſummam iuret. Qui ſeruum ancillamúe ad fugiendum perſuaſerit, reuocet: & alium interea pignoris loco ſiſtat, ſolidis quindecim cōponat. Seruo occultè eccleſiæ res cōcremāti manus amputetur ac oculi eruantur, ne tale quid de cætero ꝑpetrare uideat: dominus uerò eius reſtituat, quicquid incēdio conſumptum fuerit. Liber homo ex integro omnia reſtauret,

Bauariæ laus ab vrbibus.

Cacānus Bauarorum rex.

Eccleſiæ libertas.

De incēdiarijs eccleſiarum.

& ob temeritatem ſolidis lx. componat: negans xxiiij ſa-cramētalibus nominatis ante altare corā eccleſiæ defen-ſore digitis ſuper Euāgelij *librum poſitis iuret*. Reo ac

Ad eccleſiā qui confugerit.

Eccleſiā cōfugiēti ſecuritas eſto, nec domino phas, ſerui inde abſtrahere, aut quouis modo lædere: qui contrà fe-cerit iudice cogēte componat eccleſiæ xl. ſolidis. Qui in minoribus ordinibus conſtituto noxius fuerit dupliciter cōponat, quo parētes cōponuntur. In maioribus cōſtitu-

De clericorum percuſſoribus.

to tripliciter. Preſbyterum ſi quis autem occiderit ccc. auro appreciatis ſolidis. Diaconū cc. eccleſiæ in qua mi-niſtrauere exoluat: & ſi pecuniā habuerint nullam, ſe-ipſum, uxorem, liberos ſeruitio eo uſq; mancipabit, do-

Epiſcopi cauſæ.

nec ſtatuta pecunia redimat. In Epiſcopū ſæuiat nemo, etiam ſi cui moleſtus fuerit: ſed corā rege, duce, aut ple-be conueniatur ſuper homicidio, fornicatione cōſenſúq; hoſtili. Si inimicos prouinciæ introduxerit, ſi perdere, quos ſaluare debuerat, uoluerit, deponatur, aut in exiliū relegetur. Qui ſanctimonialem ex monaſterio abductam contra eccleſiaſticam legem ſibi matrimonio coniunxe-rit, reſtituat. Epiſcopus ducis auxilio eam uelit nolit mo-naſterio rurſus intrudat. Ipſum uerò aut ſe emēdare com-pellant aut prouincia eijciāt. Preſbyteris & diaconibus extraneam apud ſe in domo mulierem habere nō liceat, ne conſuetudine deceptus polluatur, indignè Deo *offe-rens, & populus ob id plagam ſuſtineat. Sacerdotum ac aliorum clericorum cauſſæ ab Epiſcopis ſolum ſecun-dum canones iudicentur. Coloni & ſerui eccleſiæ ſecū-dum quòd quiſq; habet, tributa decimaſq; perſoluant. de*

Decimæ quomodo dandæ.

modijs decem unum, de particis decē unam, de decē fa-ſcibus unum, de decem apum uaſis unū, pulli quatuor,

...cta quindecim tribuant. Ligna, lapides, calcem ad ſacra rum ædium ſtructuram aduehant; ultra uires tamen de grauetur nemo. Qui regionis duci inſidias ſtruet, aut hoſtes prouinciæ inuitauerit, aut ciuitatem aliquam pro diderit, tribus teſtibus conuictus, in ducis poteſtate ſit, bona eius confiſcentur. Verum per inuidiam ne quiſ quam pereat, cum uno de ſe teſtante duello confligens, ſi uicerit abſolutus abſcedat. Si ducem aliquis ſuum inter fecerit: interficiatur & ipſe, ac res eius confiſcentur in publico in ſempiternum. Seditionem aduerſus ducem mo uens, duci ſexcentis, cæteri factioſi cc. ſolidis componāt. In hoſticum cum educitur exercitus, propter ſcorta aut caſas, nō rixetur, nec etiā propter pabula uel ligna, tol lat quiſq; quantis indigeat, tollentem nemo prohibeat. ſe cus faciens uel diſciplinæ hoſtili ſubiaceat, uel coram Cō mite ſuo uerbera quinquaginta ſumat. Comiti in Comitā tu ſuo, ne hoſtibus abſq; ducis iuſſione damna inferantur cura ſit, ipſe perſoluat. ſi ſua negligentia peccatum fue rit. Liber ſi damnum intulerit quadraginta ſolidis multe tur, æqualiáq; omnia reſtituat. Seruus capite plectetur, dominus illius ne talia perpetraret, quia non prohibuit, pro ipſo reſtituat. Aliquid in exercitu ſurripiens crimi nis conuictus ſeruus, manibus mutiletur, nihiloſecius do minus eius reſtituere compellatur. Liber ad rei reſtitutio nem ſolidis xl. componat. Si quiſquam aut à rege aut du ce iuſſus aliquem interfecerit, defendat eum & liberos eius rex ſiue dux cui obediuit. Et ſi is morietur, alius, qui ſuccedet tutelam ipſius aſſumat. Si dux contumax & re bellis decreta regis contempſerit, ducatu priuetur, ſeq; æternæ ſalutis ſpe omni fruſtratum ſciat. Si ducis ſtultus

De duce et eius cauſis.

Seditioſorum pœna.

Leges caſtrenſes.

Ducis cauſæ.

Filius patri inſidiatus. & arrogãs filius patrẽ adhuc iudicio præſidere, exercitum ductare, equum aſcendere, arma geſtare potentẽ qui necdum ſurdus, neq; cæcus eſt, qui regis mandatum ſtrenue exequi ualet: malignorum conſilio principatu deturbare nititur, exhæredetur, aut, ſi libet, in exilium perpetuum ablegetur, quia contra legem in patrem peccauerit. Qui temeritate aut ebrietate in ducis aula ſcandalum ſuſcitauerit, quicquid mali ſequetur, lege componat, ſolidis xl. plectetur, ſeruus manum perdat. In ducis aula qui temere aliquid iacere conſpexerit, ſurripiens, ubi nocte una celarit, furti alligetur, in publico ſolidis quindecim componat, quòd domus ducis domus publica cenſeatur. Imperium ducis detrectans quindecim ſolidis mulctetur: & quicquid facere iuſſus fuerat adhuc perficiat, ut placita omni quintodecimo diè in Comitatibus regionis omnibus peragantur. Liberi omnes conueniant, qui neglexerit, ſolidis quindecim multetur. Iudex ut iuſtè iudicet librũ penes ſe legis habeat, ex eo cauſſa omnis componatur. Neq; perſonam neq; munera reſpectet iudex, ſed de compoſitione, dum recte iudicarit, partem nonam accipiat. Sin perperam, duplo, quicquid lata ſententia abſtulerit exoluat: inſuper ſolidis quadraginta multetur. Ducis cædes parẽtibus aut regi ſolidis Dcccclx. componatur. Parentes ducis ſexcentis, obſeruato, ut ducis compoſitio parẽtum ſuorum compoſitionem triplo excedat. Agilolfingi, de quorũ progenie dux perpetuo eligitur, compoſitionem quadruplam habeant. Huoſi, Trozzi, Sagani, Habilingi, Aennoni, primi poſt Agilolfingos duplam. Liberum quiſquis interfecerit parẽtibus aut duci bis octuaginta ſolidos exoluat. Si oculum, ma-

Ducalis aulæ libertas.

Quo tempore placitandum.

Iudex qualis eſſe debeat.

Liberi quõ cõponantur.

um,uel pedem amputauerit quadraginta,ſi claudũ fe
erit duodecim,ſi mancũ uiginti.Simplex uulnus tribus
ſolidis,dentem molarem duodecim,alios omnes ſex com
ponat.Peregrinos homines inqetare aut lædere ſumme
prohibemus:cõtrafaciens dupliciter componat,& fiſco
lx.ſolidos exoluat.Si occiderit ſolidis auro appreciatis
centum multetur.Seruus liberũ aut moleſtans aut uenum
dans præſentatus iudici aut manum aut oculum amittat
atſq; inſigni nota nequaquàm dimittatur. Liberti dimi- Liberti.
dio cõponãtur mitius quam liberi.Nuptias inteſtatas p-
hibemus,unde ſocrum,nurum, priuignam, nouercam,
fratris aut ſororis filiam,fratris uxorem, uxoris ſoro- De nuptiis.
rem uiro ducere liceat nulli,fratrũ aut ſororum filij ma
trimonio nequaquàm ſeſe coniungant:facultates eorũ à
iudice confiſcẽtur,qui contrà fecerint.Qui dominicam De ferijs & pœ
diem ſeruili opere profanauerit,nec ſemel & iterũ mo na nõ cuſtodiẽ
nitus ceſſat.l.uerberibus dorſum illius frangatur:ſi nec tium.
adhuc ceſſauerit,tertia ipſi bonorum pars auferatur:
tertio ſi attentauerit,libertatẽ perdat,ſeruus ſit,qui die
ſancto noluit eſſe liber.Seruus uapulet,& ſi non emẽda
uerit,dexteram perdat:Peregrinus monitus niſi ceſſaue
rit xij.ſolidis multetur.Qui liberum præter uoluntatem
ſeruitute deuinxerit,aut illius hæreditatem bonáue ſua
ſerit xl.ſolidis componat,reſtituatq; quæ occupauerit Mulierũ cauſæ
omnia.Si quis cum alterius coniuge libera concubuerit
marito cxl.ſolidis componat,& ſi deprehẽſus interfice
retur abſq; uindicta ſuo in ſcelere iaceat.Cum libera cõ-
ſentiente fornicatus,ſi in cõiugem ducere noluerit duo-
decim componat ſolidis.Dominus ſeruum qui liberæ uim
fecit parentibus illius ad pœnam dedat : interficere

ius eſto, ſi libet. Si quis uirginem liberã præter eius a
parentum uoluntatem rapuerit ſolidis xl. libertam Viij
ancillam iiij. componat. Liber liberam uxorem abſq; cu
pa dimittens parẽtibus ſolidis xl. componat. Mulieri do
tem & quicquid aſportauerit ſecundum familiæ ex qua
nata eſt ſtemma legitime perſoluat. Si liberam liber poſt
deſpõſationẽ repudiauerit aliamq; ſuperduxerit xxiiij.
ſolidis puellæ parẽtibus componat. Sacramentalibus xij.
iuret, eam, neq; ob crimen aliquod, neq; ob parentum in-
uidiam dimittere, uerum ob ſolum amorẽ, quo alteri te-
neatur. Qui alterius ſpõſam ſibi rapuerit, reſtituat eã,
& bis lxxx ſolidis marito componat. Mulier quæ alteri
potionem, ut aborſum faciat, commiſcet, ſi ancilla eſt cc.
uerbera accipiat, Ingenua libertate uiduata ſeruitio de-
putetur. Si prægnans mulier icta aborſum fecerit, ipſa
ſi morietur, qui icerit tãquàm homicida teneatur, ſi fœ
tus tãtum, nondum uiuens xx. ſolidis, uiuens l. uuergel-
Domus publicæ. *dum perſoluat, ſolidosq; tres & tremiſſem. Si in ducis cu*
ria, in ædibus ſacris, in fabrica, aut molendino, quæ do-
mus publicæ ſunt, liber homo quid furatus fuerit, nonu-
plum componat, ſecundum rei ualorem iuret, ſiue cam-
pionibus depugnet, fur nocturno in furto deprehẽſus, ſi
Furta quomodo cõponãtur. *occidatur, non uindicetur. Qui alterius ſeruum ad fur-*
tum uel aliud nefas in domini diſcrimen perſuaſerit, frau
de detecta, tanquàm fur damnetur, nonuplum exoluat.
Seruus quod tulit reſtituat, & inſuper flagellorũ ictus
cc. extenſus publice accipiat, dominus incommodi nihil
patiatur. Fur quaſcunq; res ſubtraxerit iudici præſenta-
tus ſecundum legem uindictæ ſubiaceat. Verum morti
non prius damnetur, quàm nonnulla illi, qui damnũ per

tulit,compoſitio de furis facultatibus fiat.Qui aliquid in prouincia emerit,diligenter prius interroget:furtiuū ſit,nec ne.Furtiuum ſi emerit reſtituere cogatur,atq; in fiſcum pro fredo ſolidos xij.perſoluat:qua lege in eum etiam animaduertitur qui furtiuum commendatū ſuſceperit.Compoſitionem à fure,niſi coram iudice,ſuſcipiat nemo.Latrocinij culpis ſubiaceat qui iudicē ſuum rem celat.Quoties de agrorum finibus contenditur,conſtituta olim ſigna ab inſpectoribus quærantur,nec aduerſus ea longæ poſſeſſionis tempus patrocinetur:uēditor oſtēdat;ſi nulla apparuerint,& ſi cōtentio tāta ſit ut ſedari non poßit,campionibus depugnetur.Nemo nouum terminum aut ſignum ſine alterius partis cōſenſu,ſine inſpectore conſtituat.Liber ſi cōtra id fecerit lege ſolidis VI.multetur:ſeruus cc.flagellorū ictus extēſis publicē ſuſtineat.Si liber liberi parietem aut ſepem dißipauerit uel irruperit tribus ſolidis componat, & damnum reſtituat. Columnas trabes ſpangas tribus ſolidis ad reſtitutionem componat.Aſſeres lateres & aliud quicqd edificio continetur ſingulis ſolidis.Pignorare abſq; ducis permißu liceat nemini,contrariū faciens,pignus eue ſtigio illæſum reddat,duci xl.ſolidos pro fredo exoluat læſum ad arbitrium iudicis componat.Qui meſſem iam maturam alterius demeßuerit ſolidis ſex componat.Negans ſacramentalibus ſecundum legem ſuam ſex iuret. Qui ſegetes alterius incantādo uiciarit,cōuictus.xij.ſolidis componat,familiam illius anno toto alimentis prouideat,æquale reddat,ſi qd perdiderit. Negans ſacramentalibus xij.iuret aut campione ſe defenſet Si quis alieno ſeruo uel ancillæ ad fugam aut auxilio aut conſi

Furtiua ēptio lege coercita.

Agrariæ leges

Pignorarē dux pmittat.

lio adſuerit, xij. ipſum, eam ſex ſolidis componat, reduplicatq́; ſi negare uelit xij. ſacramentalibus iuret, aut campionum ſe pugna expurget. Nemo alienū animal etiam in damno deprehenſum quouis modo lædat occidatúe. ſed penes ſe eoúſq; retineat, donec domino aut uicinis dānum acceptū indicabit, qui locū læſum cū æquali illæſo ſignēt, in meßis collectiōe quod læſus nō læſo minus protulerit, is cuius aīal dānū intulit rependat. Qui uerò cōtra legē hāc, aīal occiderit, cadauer ſibi habeat, domino aliud æquale reddat. Si oculū excuſſerit, quanti animal æſtimabitur tertia precij parte cōponat. Si caudā uel aurem, uno ſolido. Si cornu tremiſſe: duplētur, ſi hoc in domini contemptum odiumúe perpetrarit. Qui pacta mercede equum aut bouem cuſtodiēdū ſuſceperit ſua culpa periclitatum ab integro perſoluat, & mercedē nullam requirat, uerum iuramento ſi ſe abſoluerit, corium reddat. Qui aurum, argentū, ueſtes aut alias quaſcunq; res uendendas ſiue cuſtodiēdas in ædes ſuas receperit. ſi fortuito incendio unà cum rebus ſuis conſumptæ fuerint, quòd ſibi non profuerint iuramento dato, nihil perſoluere cogatur. Qui auxiliatoris ſpecie ex incendio aliquid rapuerit, proditus, quadruplū exoluat ſecundū legisq́; ſtatuta componat. Rem in contentiōe locatā nec ulli donare nec uēdere liceat. Mulier in uiduitate poſt mariti obitū permanens æqualē ut filiorū unus uſufructuariam portionem poßideat. Si uerò ad alias nuptias tranſierit eo die cum dote & rebus ſuis domo egrediatur: filij īter ſe portionem, quam cōſequuta fuerat, ut reliquam diuidant. Patris bona filij de diuerſis etiam coniugijs ſuſcepti æqualiter hæreditabunt, Matris unuſquiſq; tantum

Dānorū illatorū cōpoſitio.

De cōmēdatis & cōmodatis.

Ex incēdio qd ſurripiens.

Res in cōtētione poſita.

De hæreditate leges.

ſuæ. Ancillæ filius cũ liberæ filio hæres nõ eſto. Si qs ſine liberis morietur, niſi teſtamento caueatur, uxor, quoad uiduitatẽ obſeruauerit, bonorũ medietatẽ omniũ retineat, propinqui reliquã accipiãt. Si uerò & ipſa morietur, aut alteri nupſerit, cũ bonis ſuis, & quæ lege debentur, abeat, propinquis & hæc pars cædat Viro aut mulieri defunctis, ſi uſq; ad ſeptimũ gradũ propinqui nulli reperiantur, niſi teſtamẽto uel donatione caueatur, res eorũ omnes fiſcus indipiſcatur. Qui rem aliquã uẽdiderit, precio accepto, emptionẽ aut charta aut teſtibus ratam faciat, duo, tres uel plures teſtes adhibeãtur. Venditio niſi uolũtaria & libera, firma nõ ſit. Qui rẽ alienã domino ignorante uẽdiderit, ipſam lege reſtituat, et aliã æqualẽ addat. Si reperiri nuſquam poterit, duas ſimiles pro ea reddat. Qui arrã in quacũq; re dederit, niſi placitũ mutatũ fuerit ſtare cõtractui debet, aut hãc ipſam perdat, & preciũ qđ debuit exoluat. Si quis rẽ uiciatã uẽdiderit infra dies tres recipiat, uel ſacramẽtali uno uiciũ ignoraſſe iuret, & ſtet emptio. Seruus ſuo nõ domini peculio redẽptus, fraude cognita domino reſtituatur, quia non preciũ, ſed res ſerui ignorans acceperit. Commutatio tantũ roboris habeat, quãtũ emptio. Qui agrũ aut pratũ alterius ſuũ dicẽs inuaſerit ſex ſolidis ꝑpter temeritatẽ cõponat et exeat. Teſtẽ aure tractũ niſi ſuper mortuũ teſtari uelit repelli nec debet nec põt. In mortui cauſſa hic duello ꝓbetur, ſi uicerit ulterius nõ ĩpugnetur ſed credatur ei. Ex quibus teſtibus unus tãtum ſorte eductus iuret, ita dicẽs, Teſtis ſortitus ſum, teſtẽ me exhibeo, ſic me deus iuuet et illũ, cuius manũ teneo, teſtis aure tractus ſum, ueritatẽ præſenti ĩ cauſſa dicere, datis deĩde ad

De emptiõe & venditione.

Arræ traditionis vis.

Mancipiorum redemptio.

Teſtes & eorũ cauſæ.

Iurãdi modus.

ſacrandū armis ſolus altera manu uerbū ipſum cū uno ſacramentali iuret. Mēdaciter iuraſſe cōuictus cauſſam reſtituat.xij ſolidis cōponat,aut innocētiā ſuā cāpione defendat.Si cāpionū unus ab altero inter decertādū interficiatur,ſi ingenuus,ab eo,qui iniuſte eum inuitauit, xij.ſolidis nec amplius componatur. Qui liberum mortuum monumento refoſſum ſpoliauerit parentibus illius ſolidis xl.componat,& ipſum etiam furtiuum quod tulit.Si quis occulte liberum occiderit,cadauer in profluētem aut alio abiectum condigna ſepultura & exequijs priuet. xl. primum ſolidis, deinde uueregeldo componat.Qui uerò liberi hominis cadauer ad littus deuolutū aquis iterum immiſerit ſolidis xx.componat. Seruus eo modo occiſus atq; abſconſus nonuplo.i.clxxx.ſolidis cōponatur.Qui ueſtitu à ſe interfectum ſpoliauerit dupliciter componat.Cadauer hominis mutilans ſingula membra ſingulis xij.ſolidis componat. Si repertum ne à feris dilaceretur pietate motus humauerit à parentibus aut domino illius ſolidum accipiat. Qui alterius nauem loco ſubmouerit illæſam aut æqualē reddat.Extra aquā uerò protractā ſi celauerit,interrogatus negauerit, ut furtiuum cōponat.Qui canē uenaticum abſtulerit ipſum aut ſimilem reddat,& ſex ſolidis componat:paſtoralem tribus.Illis legibus Bauari ante aliquot ſecula paruere non nullisq; adhuc,ſiquidem qui Chriſtianæ pietatis obſeruantiſſimi ſunt ad externa auguſtiora templa ſturnatim peregrinantur. Aquiſgranum præcipuæ,duo etiam prouinciæ loca miraculis ſanctorum & peregrinorum frequētia clara.Virgo Maria Otingæ,& beatus Vuolfgangus. Regio uitibus præterquā ubi auſtralior eſt non ſe-

Periurii animaduerſio.

Campionū cauſa.

De mortuis & eorum cauſis.

De nauigijs.

De canibus.

ritur. Nemoroſa multum eſt & montuoſa. Sues glandi-
bus ſylueſtribusùe pomis credo tanta copia nutrit, ut ue
luti Hũgaria boues, ita hæc ſues cæteris Europæ natio
nibus large ſuppeditet. Eſt gens adeò ſuillis & ipſa mori
bus famoſa, ut cæteris Germanis comparata Babari
(Barbari dico) nomẽ ipſi optime conuenire nemo nõ ui Duobus uitijs obnoxij Bauari.
deat. Duobus uitijs plus alijs inſignes, inhoſpitalitate ui
delicet & furto. Veſtitu ut plurimum blauo colore ami
citur, ocreis libentius quàm caligis calceatur. Baioa Carinthiæ limites.
riæ ſiue Bauariæ ad Auſtriam contigua eſt partim Ca-
rinthia partim Styria. Eſt Carinthia mõtana regio Car-
nis ad ortum, Styriæ ad occaſum ac meridiẽ iuncta, Al-
pes Italas & forum Iulij cõtingit: multæ in ea ualles col-
lesq́; feraces tritici, multi lacus, multi amnes, quorũ præ
cipuus Drauus qui per Styriam ac Pannoniam in Danu Drauus amnis.
bium fertur haud inferior Sauo. Imperiũ Auſtriæ prin-
cipes obtinent, & archiducem appellant, cui ea regio Sauus amnis.
paret, quoties nouus princeps reipubli. gubernationem
init ſolennitatem nuſquàm alibi auditã obſeruant. Non
longe ab oppido S. Viti in ualle ſpacioſa dirutæ ciuitatis
ueſtigia uiſuntur, nomen loci uetuſtas perdidit: nec pro-
cul hinc in patentibus pratis erectus lapis marmoreus
eſt, quẽ, cũ dux creãdus eſt, ruſticus quidam cui per ſtir- Feſtiuitas in noui ducis acceptiõe mirãda.
pis ſuæ ſucceßionẽ hæreditario id officiũ debetur, aſcẽ
dit ad dexteram bouem habens fœtam, nigri coloris: ad
laeuam equa illi ſiſtitur ſtrigoſa macieq́; inſigni, frequens
circa populus agreſtiumq́; turba ingens: dux inde futu-
rus ex aduerſo mouet purpuratorũ multitudine ſeptus: Princeps agreſti habitu.
præcedũt principatus ſigna, omnesq́; in toto comitatu
egregie culti præter futurum ducem. Is agreſti habitu,

pileo tectus, calceos & paſtoralem baculum gerens, pa ſtorem agit magis quàm principem. Hunc uenientem in tuitus qui lapidẽ obtinet: illirica uoce (ſunt enim Charin thij Illirij hoc eſt Sclauoni) quis eſt hic exclamat, qui tan ſuperbe incedit? Reſpondet circumfuſa multitudo prin cipem regionis aduentare. Tum ille iuſtusne iudex? ſa lutem patriæ quærens? liberæ conditionis? dignusne ho nore eſt? Chriſtianæ pietatis cultor? ac defenſor? clama tur: eſt quidem & erit. Rurſus idem, quæro quo me iure hac à ſede dimouebit? Reſpondet ducalis aulæ magiſter ſexaginta denarijs hic abs te locus emitur: iumenta hæ tua erunt, ad bouem & equam manum intendens. Veſti menta quæ dux exuet habebis, erisq́; tu cum domo tu tota liber à tributo. Quibus dictis, Ruſticus malam prin cipis percutit, alapa leniter incuſſa, iubetq́; æquum iud cem eſſe, præmioq́; abducto, loco cedit. Tum lapiden dux occupat, nudum gladium uibrans ad omnem ſe par tem uertit, populum affatur, polliceturq́; ſe æquum iu dicem futurum, ferunt & aquam agreſti pileo oblatam potare in futuræ ſobrietatis argumẽtum. Deinde ad So lemnenſem eccleſiã, quæ in proximo tumulo ſanctæ M. riæ uocabulum & nomen habet, perductus ſacrificij intereſt. Quibus peractis humili ueſte, qua adhuc indu tus eſt depoſita, paludamentum induit, ſplendideq́; cum proceribus ſuis conuiuatur. Poſtremò in pratum reuer titur pro tribunali ſedens, ius dicit & funda confert. Hic honos principis inueſtiendi ruſticis datus eſt, quò illi primum in ea terra Chriſti fidem accepere nobilibu & principibus in errore adúſq; Caroli magni tempor. permanentibus, quando & ipſi baptiſmati admoti ſunt

Carinthiorum lingua.

Solemnenſis eccleſia.

Honor principẽ inueſtiendi ruſticis datus.

Fuit Charinthiæ dux uenator Imperij,unde ad eũ lites Charintiæ
& contentiones uenatorum omnium deferebantur,uo dux iperij ue-
catus in iudicio corã Imperatore querulantibus nõ niſi nator.
Sclauonica lingua reſpondebat.Eſt & alia huius pro-
uinciæ cõſuetudo in oppido Klagen furibus durißima: Cõſuetudo fu-
ſi quis in furti ſuſpicionem uenerit, eueſtigio ſuſpendi- ribus grauis.
tur:poſtride de ſuſpicione iudicant,ſi ſontem inueniunt
pendere ſinunt donec per partes ad terrã defluat cada
uer.Inſons repertus ſepelitur,exequiæq́; ex publico per
ſoluuntur.Penulis natiui uelleris haud fucati Charintij
teguntur uulgoq́; capita pileo obmuniunt, ſermone lo-
quuntur Scaluonico.Stirij uerò agreſtes, uulgo populi Stirii vulgo
ſunt & ſtrumoſi,adeò quidẽ ingẽti ſtruma:ut ipſis lo- ſtrumoſi.
quelam impediat:& mulier lactans illam poſt tergum
perinde atq; ſaccum reijciat(ſi fama uera eſt)ne infan-
ti impedimento ſit.Strumæ cauſam aquæ aëriq́;,quibus
ueſcuntur incolæ tribuunt.Styriani ipſi cultu & ſermo
ne Germani ſunt,præter Draui accolas,qui Illirica utũ Strumæ cauſa.
tur lingua.Sal ibi coquitur quod ad finitimas gentes de- Sal ſtyrianum.
fertur.Regio ferri & argenti ferax,ſed principum incu Styria olim
ria parcius foditur.Valeria olim dicta fuit,montana plu Valeria dicta.
rimum præterquàm ad ortũ,quà Pãnoniæ finitima eſt,
a parte uaſtam effundit planiciem.

De Italia,Italorumq́; moribus,Item de Romulo & eius ciuilibus inſtitutis.

CAPVT XIX.

ITalia Europæ regio,prius Heſperia ab Heſpero
Atlãtis fr̃e,q̃ à fr̃e pulſus,& Hiſpaniæ,& Italiæ Heſperia
edit nomẽ:ſiue,ut Macrobius inq̃t,ab Heſpero ſtella,

Oenotria. quòd illius occaſui ſubiecta ſit. Oenotria etiam dicitur, uel à bonitate uini quod in Italia naſcitur, nam Græci Oenon uinum dicũt: uel ab Oenotrio Sabinorum rege. poſtea Italia ab Italo Siculorum rege, qui agriculturam Italos docuit, & leges poſuit: nam ad eam partem uenit in qua poſtea Turnus regnauit, & à ſuo nomine appellauit, ut Virgilius probat,

Italiæ appellatio.

Eſt locus Heſperiam Graij cognomine dicunt,
Terra antiqua, potens armis, atq; ubere glebæ:
Oenotrij coluere uiri, nunc fama minores
Italiam dixiſſe ducis de nomine gentem.

Timæus autem & Varro à bobus uocatam putant, quoniam tauri Græca ueteri lingua ita appellati ſunt, à quorum multitudine pulchritudineq; Italiam dixerũt. Latium pars illa ubi hoſtia Tyberina ſunt dicitur, quemadmodum Auſonia, ut Ariſtoteles inquit, pars ad Thyrrhenum uerſa. Crucis forma inter Adriaticum & Thuſcum mare iacẽs, ab Alpiũ iugis & Apennini porrecta ſe paulatim tamen ad Rhegynum uſq; attollens uerticem, & littora Brutiorum. In ultimo ſui in duo cornua ſcinditur, quorum alterum Ionium ſpectat mare, alterũ Siculum: in extremitate Rhegium oppidum habens. Eius longitudo ab Auguſta prætoria per Romam Capuãq; porrecta uſq; ad oppidum Rhegium, Solino teſte: decies centena & uiginti millia paſſuum colligitur. Latitudo uerò quadringenta decem, ubi latior ubi breuior cẽtum triginta ſex: habetq; umbilicum in agro Rheatino, qui dudum ex latere maris ſuperi Rubiconem fluuium pro finibus habuit. Diuiditur Italia in multas regiones, à Varo flumine ad Macram Liguria terminatur, ubi Genua illuſtris

Latium. Auſonia. Italiæ forma. Longitudo Italiæ. Latitudo Italiæ. Italiæ regiões Liguria.

illuſtris ciuitas. Inde ad Tyberinũ amnem Hetruria, ubi Piſæ. à Tyberi ad Lirim Latium, ubi Roma, intus Antiũ in ora. à Lyri ad Sarnum Campania, ubi Neapolis. Inde ad Silarim Picentinorum regio, ubi ſurrentum & Salernum. à ſilari ad Laium lucania, ubi Peſtũ & Buxentũ. à Laio ad Leucopetrã Brutium in quibus rhegiũ Iuliũ. à Leucopetra ad Iapigium promontorium, quod & Salentinum magnæ Græciæ ora eſt, ubi Croton & Tarẽtum. ab Iapigio ad Brunduſium Calabria, ubi Hydruntum. à Brũduſio ad Garganum Apulia, ubi Barium & Salapia. à Gargano ad Sari fluuij oſtia Frentinorum regio, ubi Iſconium. à Saro ad Apernum amnem Marrucinorum ora, ubi Orton. ab Aperno ad Aeſum fluuiũ antiquiſſimum Italiæ terminum Piceni, quorum Ancon. ab Aeſio ſiue Aſio, ut quidam ſcribunt, ad Rubiconem recentius Italiæ confinium Senones, quorũ Phanũ fortunæ, Piſaurum & Ariminum. à Rubicone ad Padi oſtia Boij, quorum Rauenna, à Pado ad Tiliauemptum Veneti, ubi nunc Venetiæ. à Tiliauempto ad Natiſonem Carni ſiue Foroiuliẽſes, ubi Aquileia. à Natiſone ad Arſiam lapides & Iſtri, quorum Tergeſtum & Formio amnis, & ipſe aliquando Italiæ finis. Apenninus mõs totã terram uelut in duas diuidit plagas, hanc ad occaſum & meridiem, illam ad ſeptentrionem & ortum obuerſam. ab Alpibus primo in Liguriam excurrens, mox inde Ciſalpinam Galliam & Picenum ab Hetruria & Sabinia dirimit, Anconemq; progreditur, unde aduerſus in Apuliam & Garganum mõtem extenditur, Marrucinorum Pelignorum Frentinorum terrã à Latio campania ſeparãs: Vltimus eius conatus ex Gargano ẽ ad Leucopetrã

Hetruria. Latium. Campania. Picentinorum regio. Lucania. Brutium. Magna græcia. Calabria. Apulia. Frentinorum regio. Marrucinorũ ora. Picenorũ ora. Senonũ regio. Boij. Veneti. Apẽninus mõs Italiam diſcernens.

hinc Apuliã habens, Calabriã & magnæ Græciæ õram.
Laus Italiæ Picentes inde Lucanos & Brutios. Eſt Italia metallis gr
uida, ubiq; uitalis & perennis ſalubritas, eximia cœli tē
peries, campi fertiles, aprici colles, innoxij ſaltus, opaca
nemora, munifica ſyluarũ genera, mira frugum uitiũ &
olearũ fertilitas, nobilia pecori uellera, opima tauris co
la, perſpicui & piſcoſi lacus, flumina fonteſq; ſaluberri
Italia terrarũ omnium alũna & parens mi, portus plurimi, ipſa auide ad mortales iuuãdos in Ma
ria procurrẽs, & uelut gremiũ omniũ gentiũ cõmercio
pandens, ut uere dicta ſit à quibuſdam terrarũ omnium
alumna, atq; eadem parens, cœleſtiũ prouidentia electa,
quæ ſparſa congregaret imperia molliretq; efferatarũ
gentiũ ritus: diſcordes ad colloquia linguas munere lite
rarũ latinoq; ſermone congregaret. Cæterũ ut gẽtes ſi
Quiritũ ciuitas Romæ laus leam (nam longũ eſſet numerare) quas Itali Romani lin
gua & armis uicere, tantũ una Quiritũ ciuitas uirtutũ
omniũ ualuit exemplis, quantũ omnis Græcorũ eloquen
tia præceptis, qui quaſi ita futurum diuinaſſent, ut hæc
una terra omnibus eſſet gentibus imperatura, quo tam
ipſius partẽ magnam Græciam dixere: & ut breuiter di
cam, non ſine prouidentia accidit, ut quũ Deus optimus
Hominũ color cultus & ſtatura terras inuiſit, tũ ibi cunctarũ gentiũ arx eſſet & Impe
riũ, ubi mox Chriſtiani nominis futurũ erat caput. Color
Italis & ſtatura penè diuerſa eſt. In Ciſalpina Gallia Ve
netoq; receſſu color uulgò candidus, cultus & ſermo ac
curatior: contrà in Heturiæ tractu Latio Cãpania, Lu
cania & Brutijs aquilus, capillus niger breuior ſtatura,
& macilenta, ſermo & cultus ſimplex. omnia ſimilia in
Piceno & his qui ſuperi maris oram accolũt in magnã
Græciam uſq;, niſi ꝙ in Apulis Calabris & ijs q̃ extre

am tenent Italiam uictus & ſermo cum Græcis promi-
uus durat. Tota Italia ut omnis ferè Europa uno matri
onio ſemper contenta fuit. Repudium ex urbe Roma
anſlaticium. Hic Spurius Carbillius ſterilitatem coniu-
is cauſſatus, primus uxorem repudiauit. Triplex olim
regionis ciuitatibus conditio fuit, Seruilis, Libertina,
Ingenua. Ingenuorũ triplex ordo, Plebeius, Equeſter
Patricius. Sacrorum ratio penes pontifices & flami
es, & alia quædã collegia eſſe, alia alijs dæmonibus ſa-
a facere. Sũmus honos & poteſtas in dictatore, à quo
illa fuit prouocatio. Ea dignitas ſemeſtris fuit, & ad eam
er gradus fiebat à quæſtura acceſſus, p ædilitatẽ præ-
ram Conſulatum & cenſuram: non quòd ſemper per
os gradus iretur, explendusq; eſſet numerus, ſed in di-
nitate poteſtateq; hic ordo erat, ut in re bellica certi
ilitiæ gradus: miles centurioni parebat, Centurio Tri-
uno, Tribunus legato, Legatus Conſuli ſeu alteri cuius
ſent auſpicia: Magiſter equitum dictatori. Legitima
ilitia decẽnium habuit ſi non prius debellari cum hoſte
ontigiſſet, aut miſsio aliqua intercidiſſet, quæ nomine
re non una fuit. Præter legitimam illam cuius nunc
ẽtio facta eſt, fuit & Cauſaria, hæc ut priore illa mi-
us pulchra, ita reliqua honeſtior, quæ ab re ignominio
dicta eſt. Militaris ætas ex Seruij Tullij præſcripto à
ptẽdecimo anno in octauũ & quadrageſimũ decurre
it. Pacati in toga agebant, bellantes in ſago, & palu-
amẽto: bella feciali iure ĩferebãtur, illataq; ſoluebãtur
õ niſi legitime. Ciuitates aut ſociæ, aut coloniæ, aut mu
icipia dicebãtur. Municipibus alijs ciuitas cũ ſuffragio
ata, alijs ſine ſuffragio. Colõi ut mẽbrũ ciuitatis erãt, et

Ciuiũ triplex conditio.

Ingenuorũ triplex ordo.

Dictatori. dignitas.

Dignitatum ordo.

Militiæ gradus

Legitima militia decennalis.

Cauſaria militia ignominioſa.

Municipes. Coloni.

Romanis uiuebant legibus, municipes ſuis. In his Dec
Decuriones. Patricij. Equeſtres. Plebei.
riones erant, quod Romæ ſenatores. Purpura patriciu
diſtinguebat ordinē ab equeſtri, aurum equeſtres à pl
beio. Maieſtatis iudicia totius populi erant: rerum ca
talium, iudicū, qui ad id ſorte lecti eſſent, ex ea decuri
quæ eo anno iudicaret: ciuilium rerū, prætoris centu
uiralis haſtæ aliaq́ꝫ aliorū. Et hi olim Italicarū ciuitatu
& gentium in uniuerſum mores erant, inſtitutionē ha
Romanæ ciuitatis ordinatio.
à Romulo trahētes. Romulus enim poſtquā ciuitatis R
manæ muros, foſſas, munitiões & neceſſarias extructi
nes perfeciſſet omneis, ad ciuiū ſtatum ſe cōuertens i
Hominum multitudo diuiſa
ordinauit. Diuiſa in primis trifariam omnis populi mu
titudine ſingulis partibus ſingulos præfecit duces clar
ſimos: deinde trium rurſus earū partium unamquāq;
uidens in denas partes æquales harum quoq; duces de
gnauit uiros fortiſſimos, uocauit partes maiores tribu
minores curias. homines tribuū ducatus habentes trib
nos: qui uerò curijs præſiderent, curiones dici poterā
Erāt autē & in decurias diuiſæ curiæ, ducesq́ꝫ earū de
curiones appellati. Omnibus itaq; in tribus & curias d
Agri ſingulos diuiſio.
uiſis, Agrum in triginta partes diuidēs, ſuam cuiq; curi
partē tribuit, tantū ipſe agri accipiēs, quantū quidē a
ſacrificiū templaq́ꝫ ſatis eſſet: partē quoq; agri public
relinquens, ſicq́ꝫ una diuiſio regionis & hominum com
munem continens æquabilitatem fuit. Altera item hom
Altera multitudinis hominum ſegregatio.
num ipſorumq́ꝫ fuit cōmoda, & honores pro dignitat
cuiuſq; partiēs. Illuſtres enim genere et ſpectatæ uirtuti
uiros tū diuites, et quibus erāt filij ab ignobilibus diſcr
uit, humilibus et egenis, uocauitq́ꝫ tenuioris fortunæ h
mines plebeios, & qui melioris erant cōditionis patres

is de cauſis progenitos eorum deinceps patricios uoca
at. Romulus ubi maiores à maioribus diſcreuerat, leges
ehinc poſuit, ſtatuitq; quid utroſq; agere opus eſſet. Sa
ra quidē patricios perficere, magiſtratus gerere, ius di
ere, ac ſecum quoq; publica adminiſtrare. urbanis ipſos
axime negocijs intentos eſſe. Plebeios autē his muneri
us ſolutos, cū inexperti eſſent, & ob inopiā negocioſi
gricolari ſimul, et paſcere pecora, quæſtuariasq; exer
ere artes. Ne uerò diſsiderent, aut iniurijs locupletū in
umiles, aut leuiū egenorūq; hominū in excellētiores in
idia: cōmendauit ipſe patricijs plebeios, unūquenq; eo
ū permiſit, quē uellet ſibi patronū eligere, patronatū
ocās, ſuſceptū pauperū humiliūq; patrociniū, & offi
ia inſtituens utriſq; commoda, beniuolas ciuilesq; eorum
oniunctiones fecit: ut illi tuerentur clientes, tanquā pa
rēs filios: cliētes econuerſo patronis obſequioſi eſſent:
ōmuniter aūt utriſq; neq; pium, neq; phas erat accuſa
e ſe inuicem, nec aduerſus ſe teſtimoniū dicere, nec cū
nimicis numerari. ſicq; firmior erat Romanorū concor
lia. Conſiliarios poſt hæc inſtituit, centū uiros ex patri
ijs eligēs, fecitq; delectum eorū hoc modo. Ipſe unū ex
mnibus optimū deſignauit, cui cōmittenda eſſent urba
a negocia, cū ipſe exercitū extra fines duceret, tribuū
nicuiq; edixit, ut tres uiros ex ſe deligeret, qui ætate et
eneris ſplendore ſenſuq; excellerent: poſt hos aūt nouē
iros, etiā curijs ſingulis imperauit tres maxime idoneos
x patricijs eligere, poſteaquàm nouē iſtos primis à tribu
us electis addens nonaginta, quos curiæ ſuffragijs præ
ulerant, eo quoq; quē ipſe elegerat duce addito, centū
cōſiliariorum numerū expleuit & à Romanis Senatus

Patriciorū officia.

Plebeiorū officia.

Patronus.
Patronatum.

Clientes.

Centū viri cōſiliarij delecti.

Senatus.

Patres Senatores

dici cœptus eſt, qui ob autoritatem Patres, ob ætatē S
natores dicti ſunt. Deinde trecentos uiros ex generoſi

Trecenti robuſtiſſimi electi.

ſimis familijs eligēs robuſtiſſimis corporibus, quos Curi
renunciarunt, eodē modo quo anteà Senatores, ſingul
denos iuuenes, eos ſemper circū ſe Romulus habuit. No
men cōmune omnes habebāt, Celeres uocati, ab exequ

Celeres

di miniſterij celeritate, cuſtodes regis erāt. Regis aute

Regis officia.

hæc officia, primū quidē tēplorum ſacrificiorūq; prin
patū tenere, agereq; eum omnia in honorē cultūq; dec
rum pia. Deinde legū moriſq; patrij cuſtodem ipſum fi
ri, iuriſq; ſimul omnis Senatū cogere, populū cōuocar
poteſtatemq; ſibi in bello Imperatoriā eſſe. Senatorio o

Dignitas Senatui conceſſa.

dini honorem & poteſtatem talē attribuit, omni de re
de qua referret regno, cognoſcere atq; ſuffragiū ferre
& quod uiſum maiori parti eſſet id uincere. Plebi dein

Plebi conceſſit Romulus.

de tria hæc dedit, magiſtratus creare, leges ſciſcere, &
de bello decernere, cū rex uellet, neq; tamē poteſtate

Suffragandi ritus.

horū abſolutā. niſi & ſenatus approbaſſet. Ferebat po
pulus ſuffragiū nō uiritim, ſed p curias conuocatus, &
qđ pluribus uiſum eſſet curijs, ad ſenatum referebatur
Nūc aūt mos iſte ſuffragiorū in pleriſq; locis cōuerſu
eſt, neq; enim de plebiſcitis ſenatus iudicat, ſed eorū qua

Celerū officia.

ſenatus cognouit populus eſt dominus. Ex hac aūt diu
ſione Romuli nō ciuilia modo negocia, ſed bellica quoq
Celeres iſti exequebantur. Quandocunq; enim ei uiſum
eſſet exercitū educere, nec tribunos tūc per tribus, nec
per curias cēturiōes, neq; præfectos equitū creari opor
tebat, ſed rex tribunis mandare, illiq; curionibus, è qui
bus deinde decuriones edocti ſtatutos ſibi quiſq; milites
educebat. Vnà enim decēter inſtructi aderāt. Mille etiā

pugnatores elegit, ut quidam ſcribũt, quos ob numerum milites nominauit. Tum ipſe ſe Imperij inſignibus, & cæ tero habitu & duodecim lictoribus cũ faſcibus præce- dentibus auguſtiorẽ populo reddidit: in quo faſciũ nume ro duodecim uultures, qui ei augurium fecerunt uideri poteſt Romulus ſecutus, niſi ab Hetruſcis morẽ ipſum aliquis potius ſumptũ dixerit, quibus cum duodecim po puli eſſent, magiſtratumq; unum communi nomine crea- rent, ſinguli ſuum illi apparitorem dare conſueuerunt. Sella curulis Trabea & aliorum Romanorũ regum in- ſignia omnia inde haud dubiè fuerunt. Romulus etiã ci- uitatis uires augere uolens, cauſam honeſtam cõmentus, & rem in honorem Dei referens, templũ loco in umbro ſo erigit: confugientibusq; ad illud ſponſor factus eſt ꝑ ſpecie religiõis erga deos: nihil eos mali ab inimicis acce pturos: ac ſi permanere apud ſe uellent, ciuitates etiã participes faciebat, tradebatq; agri portionem, quã bel- lo quæſierat. Fuit itẽ & aliud inſtitutũ, ut ne captas bel lo urbes funditus euerterent, aut in ſeruitutem redige- rent: uerum miſſis in eas colonijs pro portiõe aliqua re- gionis colonias Romanorũ facerẽt urbes uictas & reipu blicæ participes. Cæterũ poſt Titi Tacij cædem, cũ quo & Sabinum & Romanum populum in unum confluxum quinq; annis gubernarat, Romulus ad ſacra cõuerſus pu blica & priuata multa inſtituit. Legem de matrimonijs tulit, ut mulier uiro ſocia eſſet pecuniarum, & cætera- rum rerum, ſacrorum etiam, & ut uiueret ad mariti ſui morem, domusq; ut ille dominus, ita & hæc domina. Mo riẽti uiro ſine liberis ſuccederet, ſui cum prole æqua ſit illi pars ſua. Adulterij conuictam uir & cognati ut uel-

Mille pugna- tores delecti
Milites
Lictores cũ fa- ſcibus
Apparitores
Lex in bello obſeruanda
Leges a Romu lo latæ
Mulier uiro æquata

lent necarent.Si uinũ bibiſſet domi ut adulterã puniret, quo inſtituto uideri poteſt apud Romanos morem inualuiſſe,ut quoties uiri domum ſe reciperent,filias & uxorem exciperent oſculo:an,ut Portius Cato prodidit,olerent temetum,ut enim corruptionem inſaniæ principiũ arbitrati ſunt,ita corruptionis ebrietatem.Parentum in liberos ut omne ius ſit ſtatuit,ſiue uellet coërcere,ſiue uerberare,ſiue uinctum ruſtico operi detinere,uendere quoq; permiſit & occidere.Si quis à patre uenditus ſe in libertatẽ uindicarit,ut iterum ac tertio patri ius uendẽdi ſit.Fuit id legis caput,ccc.deinceps anno in duodecim tabulis relatum.Mitigauit tamen nonnihil auſterum carmen Numa Pompilius,qui tulit nullũ patri amplius ius in filiũ oportere eſſe,ubi illius iuſſu duxerit uxorẽ. Sequuta & alia inſtituta.Ne quis liberæ fortunæ ſedẽtariã exerceret artẽ.Militaris diſciplina & agricultura ciuibus permiſſa:unde laudationis mos ille manauit ad poſteros,bonus miles, bonusq; colonus. Imperfectum putabat rex utrãq; uitam alterã ab altera ſeparari, neceſſe eſſe & humum exerceri,& belli obiri munera,ut lex Lacedæmoniorum habet.Operi omnes pacis tempore uacare ruſtico præcepit,permiſit tamẽ mercari etiã quando res aliqua deſiderabatur.Nec religionis immemor,templa aras deorumq; ſimulacra cõſtituit.Adiecit & dies faſtos,ſacrificia,ferias,nundinas,& alia pleraq; ad deorum cultum pertinentia, peregrina ſacra,& ea in primis,quæ græcanico fierent ritu urbe excluſit,præter Herculea iam inde ab Euãdri temporibus inſtituta. Alicarnaſeus Dionyſius Varronẽ ſecutus lx.ait ſacerdotes,q publica ſacra facerẽt tributim curiatimq; ab eo

Vinũ mulieribus Romanis prohibitum.

Ius parẽtibus in liberos conceſſum.

Peregrina ſacra vrbe excluſa.

Herculea ſacra

ſtitutos,additos & his aruſpices diuinationum inter-
retes,Curiarum ſingulis genius ſuus cum ſacrorũ mi-
iſtris datus,cõmuniſq; omnibus Veſta,& annus in de- Veſta dea tribu tim uenerata
em menſes digeſtus: quibus nemo non poteſt intelligere
iſſe Romulũ diuinarũ humanarumq; rerum non impe
itum,nec ante Numæ regnum populum Romanum ſi-
e moribus & religione,ut plæriq; autumant manſiſſe.
las ciuiles diſciplinas Romulus dedit.Numa Pompilius
ui poſt eum regnum accipit,plures alias adiecit:annũ Annus ĩ mẽſes duodecim
d curſum lunæ in duodecim digeßit menſes,quũ Romu
s ex decem anteà conſtituiſſet:mutatoq; menſium or-
ine.Martius,q primus tum fuit,ac ineuntẽ inchoabat
nnum,duobus Ianuario & Februario prælatis,tertius Faſti & nefaſti dies
ordine eſt factus.Faſtos quoq; dies fecit & nefaſtos,
uibus nihil cum populo agi poterat:Flaminẽ unum Io-
creauit,qui Dialis eſt dictus,cum inſigni ueſte curu-
q; ſella excoluit.Adiecit & alios duos,Marti unum,
uirino alterũ,ab inſigni quod capite geſtabant,quaſi
lamines dictos.Veſtæ uirgines legit.Hæ decẽ primos
nnos ſacrorum ritum perdiſcebãt:totidem deinde ope
bantur ſacris,tertio decennio rudes,& nuper captas
ſtituebant:poſteà uerò,ſi quæ nubere uellet,fas erat Virgines ueſtales
terum mallet ſequi.Salarium his ex publico cõſtituit:
erpetua uirginitate interim alijſq; cæremonijs uenera
les fecit.Si qua inceſti conuicta eſſet,ante ora ciuium
æſto ſilentio efferebatur,uiuaq; circa Collinam por-
m in ſubterraneum ſpecũ demiſſa,tellureq; ſuperinge-
a necari.Gradiuo Marti duodecim ſacrauit Salios:hi Duodecim Salii.
enſe:qui ab eo nomen traxit,plures dies celebribus lo
s urbis ſolenne ducebant tripudium:tunica uerſico-

lori tegmine puniceo diſtincto amicti, æneo baltheo, & gladio ſuccincti: dextera lanceam uirgamq; geſtabant, leua thraceam ex ære peltam, altioribus pileis, & in conum exeuntibus capita inſiguiebant. Nibil *ab his diuerſos fuiſſe,* Dionyſius *opinatus eſt, quos* Græci Curetas *dixêre,* Romani *à ſolenni ſaltatiõe* Salios. *Põtifex eſt deinceps ab eo creatus, cuius poteſtati õia ſacrorũ iura ſubiecit, qbus hoſtijs, qbus diebus, ad quæ tẽpla ſacra fieri oporteret formula edocuit.* Interiecti *etiam ſunt tot ſacris ordinibus* Feciales, *his ea cura tradita: ut* Romani *nullũ iniuſte bellũ inferrẽt cuiquam.* Hi *ſi qua per iniuriã* Romanis *adẽpta eſſent, res ablatas ab hoſte repetebãt: quæ ſi nõ redditæ eſſent, bellũ compoſito ad id carmine indicebãt.* Pari *poteſtate ſontes, res iuſte repetentibus ad ſuppliciũ dabant, legatorũ iniurias uindicabant: hi quæ pia in fœderibus eſſent tueri, ſancire pacẽ, eandẽ ſi minus legitime pacta eſſet irritã habere, ſi quid* Imperator, *aut exercitus contra publicum iuſiurandum deliquiſſet, ſcelus expiare.* Puerũ *trimo minorem lugeri uetuit, neq; natu grandiorem plures menſes lugendũ cẽſuit quam uixiſſet annos.* Tẽpus *lõgiſſimi luctus in decẽ menſes extẽdit.* Populũ *in diuerſa diſtribuit collegia* Tibicinũ, *artificũ, architectorũ, infectorum, ſutorũ, coriariorũ, fabrorũ, figulorũ, & ex uariarũ artiũ opificibus cõtactis unũ omniũ nouiſſimũ, ſua ſingulis ſacra uenerationesq; dijs reddendas diſtribuit.* Seruius Tullus *in claſſes & cẽturias omnẽ ciuiũ multitudinẽ diuiſit.* Quorũ *ordinum ratio hæc fuit, ut hi, quorũ res centũ millibus cẽſerẽtur, in prima claſſe eſſent, quæ centurias habuit octuaginta:* Pari *numero iuniorum ſeniorumq;, ut hi ad urbis*

Põtifex creatur

Lugẽdi ratio

Populi ĩ collegia diſtributio

Populi in claſſes diſtributio

Prima claſſis

cuſtodiā præſto eſſent. Iuuenes foris bella gererēt: arma vtriſq; imperata, galea, clypeus, lorica, ocreæ, & hæc quæ corpus tegerēt, in hoſtes haſta & gladius. Additæ huic claſsi duæ fabrorū cēturiæ, qui in bellum machinas ferrēt, & ob id inermes. Altera claſsis ex uiginti facta eſt cēturijs, quarū cēſus ab quinq; & ſeptuaginta millibus ad cētum millia extēdebatur: arma illis ſcutū, galea, ocreæ, lorica dūtaxat adempta: tela in hoſtes eadē: idē ætatis diſcrimē. Tertiæ claſsis cēſus in quinquaginta millia deſcēdit, totidē cēturiæ, nec in armis quicquam præter ocreas uariatum, par centuriarū numerus. Quartæ claſsis cēſus adhuc minor, quippe qui à quinquaginta millibus in ſummā dimidio minorē contraheretur, nihil his datū præter uerutū. Quintā claſſem triginta centuriæ expleuere, fundā his & lapides miſsiles ferre in pugnā cōmiſſum. Cornicines, tibicines, cū ipſis cēſi, in treis cētu rias diſtributi, quadraginta millibus æſtimata eſt hæc claſsis. Minor deinceps cenſus reliquā habuit multitudinē, qui ob inopiā militiæ munus tributumq; Tullus remiſit. Ciues iuramēto adegit, ut ſinguli bona ſua æſtimare, quibus parētibus orti eſſent, quos filios haberent, cuius ipſi ætatis, cuius uxores, liberiq;, quæ illorum noīa, quo urbis loco, aut quo regionis pago domicilium haberent, propoſita his, qui fallerēt, pœna, ut ademptis bonis, ipſi uerberibus cæſi, uēderentur. Peditū numero diſtributo, ex primoribus ciuitatis nouos ſcripſit equitū ordines, ut cum ijs quæ fuerant ſub Romulo inauguratæ: quæq; illis poſteà à Tarquino additæ duodeuiginti eſſent centuriæ, dena millia æris ſingulis ad emendos æquos data ex publico, & ad eos alendos duo millia in an-

Secunda claſſis

Tertia claſſis

Quarta claſſis

Quinta claſſis

Ciuitatis cēſus

Equitum ordo

num conſtituta: uiduæ equitibus attributæ, quæ annuam pecuniam penderent: fuerunt equitum peditumq; cẽturiæ centum nonagintatres, quibus in ferẽdis ſuffragijs, ſua omnibus ordinibus ſeruabatur dignitas, ut qui plurimi cenſi eſſent, maiora bellorum onera ſuſtinerent (nam ita comparatum à Seruio erat, ut non uiritim ut anteà, ſed pro cenſus æſtimatione ſinguli tributa penderẽt) hi primo loco ſuffragia inirent. Cæterũ habuit prima claſſis octaginta peditum centurias, inibantq; cum his equites ſuffragia, quod Diony. demonſtrat, ut octo & nonaginta centuriæ primo loco in ſuffragium uocarentur. Excedebat hic numerus dimidium ſuffragiorum, quo factum, ut his ſuffragantibus conueniſſet, pro decreto haberetur, quicquid id eſſet, quapropter miſſus eſſet populus in ſuffragia. Si hic quoq; rarò accidere ſolebat, uariatum eſſet, ſecundæ claßis cẽturiæ uocabantur: atq; aliæ deinceps aliarum ordine, ita, ut ferè nunquàm ſit ad extremam claſſem peruentum. Tulli regis prudentia comparatum, ut ordines in eo paria facerent, ut ijs qui maiora ſuſtinerẽt onera, id commodi ſuffragijs reponeretur: quibus licet nemo excluſus uideretur, uis tamen omnis penes equites & primæ claßis cẽturias eſſet conſtituta in quorum poteſtate fuit creare quos uellent magiſtratus, ſancire leges, bella indicere: quorum trium poteſtas ab initio fuit à Romulo populo data: deinde Tarquino ex urbe eiecto iterum mutata regiminis forma eſt, pro regibus Conſules habere cœptũ, quibus omnia inſignia permiſſa quæ fuerant & regum præter coronæ togæq; palmatæ uſum cũ Brutus cũ Collatino libertatis uindex hanc dignitatem centuriatis comicijs conſequutus Ciues

Tributi pẽſio.

Suffragandi rõ

Equitũ dignatio.

Conſules inducti.

ſacramentō adegit, ne mortaliū quēquā amplius Romæ regnare paterētur. Senatorum numerum in trecētorum ſummā expleuit, Regē ſacrificulū creauit, qui ea ſacra perpetrauit, quæ reges facere conſueſſent. Leges Vale- rius tertius conſul tulit, quibus prouocatio à conſulibus ad populū eſt permiſſa, ut capitale eſſet, huic, qui iniuſ- ſu populi magiſtratū caperet. Ciuium uectigalia tollerē tur, quo contigit, ut uulgò promptiores ad quæſtus & opificia ſint homines facti. Addidit & alio capite, ut q tyrannidem affectaret impune occideretur. Aerarium in quod publica pecunia reponeretur Saturni tēplū con ſtituit. populo, ut duos quoq; quæſtores crearet, permi- ſit. Creatus tamē nō lōgè poſt magiſtratus, ab cuius Im- perio nulla eſſet prouocatio, Dictatoris ei nomen indi- tum, à dictādi quæ uellet poteſtate, ſiue à dicēdo potius quia non populi ſuffragio creari contigiſſet, ſed ab uno eſſet dictus, qui tum ſummū in urbe Imperiū haberet. Hunc creandi dictatoris morē uideri poſſunt Romani à Græcis accepiſſe: quibus, ut Theophraſt. tradidit in li- bris quos de regno ſcripſit, in certum tempus tyrānos, quos Eſymnetas dixerunt, legere moris fuit. Semeſtris il lius dignitas apud Romanos fuit, nec alio pacto creari ſolebat, quā cū uis aliqua maior repēte exorta ingentē urbi cladē minitari uideretur: huic cæteros magiſtratus eligere licebat, ut magiſtrū equitū, q ſecūdā poſt eū di- gnitatē gerebat, præſertim in equites & accēſos, iūgeba- tur dictatori, ſicuti regibus tribunus. Spurio Caſsio & poſthumio cominio cōſulibus plebi datū eſt ut et ſuū ha- beret magiſtratū, qui ſacroſanctus eſſet, qui inuiolabilis, cui auxilij latio aduerſus cōſules eſſet: diſerte expreſsū,

Senatores trecē- ti.
Rex ſacrificu- lus.
Aerarium con- ſtitutum.
Quæſtores creati.
Dictator in urbe
Magiſter equi- tum.
Magiſtratus ſa- croſanctus.

Tribũi plebis. ne patrũ cuiquam eũ magiſtratũ capere liceret, hic tribuni plebis nõie dicebatur. tãta fuit ipſorũ poſteà inſolẽtia, ut, niſi eis placerẽt decreta cõſulũ & ſenatorũ caſſarẽt, comitijs creabãtur, ſiue auſpicijs, ſiue religiõe: primũ duo numero, deĩde tres additi, ad ultimũ adhuc qnq;.

Tria comitiorum genera. Tria Comitiorũ gña Romæ olim uſurpata ſunt: Curiata, cũ ex gñibus hoĩm ſuffragiũ ferretur; nomenq; ideò rei datũ, ꝙ curiatim per lictorẽ calarẽtur. Cẽturiata, quum ex cẽſu & ætate fieret, quorũ rõ abũdè relata eſt, cæterũ, ut illa per lictorẽ, ita hæc ꝑ cornicinẽ calari ſolita. Tributa reliquũ genus appellatũ, ex regiõibus & locis conflata.

Decem viri creati. Ex patribus cẽturiatis Comitijs decemuiri ſine ꝓuocatione creati, Et in eos publicæ adminiſtratiõis ratio oĩs à cõſulibus trãſlata eſt, ut olim à regibus ad conſules, hi cõdere leges iuſſi, decimo die ius ſinguli in orbẽ dicebãt, quo in decẽ tabulas cõplexo, quod fauſtum felixq;

Leges decẽ tabularũ promulgatæ. eſſet, leges decẽ tabularũ populo ꝓmulgauere: duodecim faſces præcedebãt eũ, cuius erat iuriſdictio, cæteris ſinguli accẽſi. Sed diu nõ durauit magiſtratus ille, qppe qui ut Tribunitia ptãs ab eo ex urbe in ꝑpetuũ tolleretur à patribus excogitatus fuerat, re cognita, ab ipſis tribunis ipſe ſublatus eſt. Tum lege cautũ ut quod plebs uellet, totus populus teneret. Et alia: ut qui Tribunis plebis Aedilibus iudicibus noceret, eius caput Ioui eſſet ſacrũ, familia ad ædem Cereris liberi liberæq; uẽderentur. Item, ut alter ex plebe cõſul deinceps crearetur: atq; ut inter pa-

Cenſores duo creati. tritios & plebeios cõnubia promiſcua eſſent. Cenſores prætereà creati duo, qbus ſcribarũ miniſteriũ, tabularũ cura cenſendi formula conmiſſa. Res parua ab initio, ſed quæ procedẽte tẽpore multo maiora quàm ab initio

redibile fuerit, habuit incremẽta. Tãta illis dignatio, tã
a autoritas, ut oĩs morũ ciuilisq; diſciplinæ ratio ipſo
ũ eſſet Regimẽ ad hæc ſenatus, eqtũ Centuriarũ, omne
ecoris ignominiæq; diſcrimẽ, horũ priuata & publica
ca recognoſcere: uectigalia populo Romano locare,
ẽſum agere, luſtrũ cõdere, ſenatores è ſenatu remouere,
tare infamia, quinto quoq; anno creabãtur. Magiſtra
us & alius ſuperadditus, qui ius diceret. Prætorẽ hunc
ocare placuit. huic oĩs publici priuatiq; iuris poteſtate
ermiſſa, nouũ ius cõdere, & uetera abrogare facultas:
rat unus ab initio, qui urbanus dicebatur, quo nõ ſuffi- Prætores duo urbanus & peregrinus
ẽte, ꝙ multi peregrini ĩ ciuitatẽ uenirẽt, alius creatus
t, peregrinusq; uocatus, ꝙ plærũq; inter pegrinos ius
iceret: honorariũ ius illud appellabatur à magiſtratus
onore, regia illis inſignia, & apparatus cõſulibus penè Ius honorariũ
qualis. Permãſit hic ciuitatis ſtatus ad Iulij Cæſaris uſq;
pa, q monarchiã, quæ lõga poſteà Impatorũ ſerie retẽ
ẽ, iterũ induxit. Ludus Romæ celebrabatur, q Magnus Ludus Circenſis ſiue plebeus
ircẽſis etiã & plebeus dicebatur, eius põpa ex capito
o p forũ ĩ circũ maximũ mittebatur tali apparatu: Eq
ũ filij, qbus ætas apta eſſet põpæ, eqs ſedẽtes, qq; pedi
us ſtipẽdia facturi erãt, ſuis alis cẽturijsq; diſcreti præ
edebãt, ut exteris gẽtibus oſtenderetur qualis quãtaq;
uuẽtutis indoles, in ſpem ciuitatis interim ſuboleſceret:
os aurigæ ſequebãtur, quadrigæ bigæq;, & equi deſul- Athletæ
rij. Mox athletæ leuiorũ grauiũq; certaminũ, pudẽda
tũ uelati, cæterum corpus nudi, curſu, palæſtra, cæſti
s certaturi. Saltatorũ deinceps chori uirorũ primus, al Saltatores
r pubeſcere ĩcipiẽtiũ, poſtremus puerorũ Ordĩe deĩde
bicines ſubſeq utres & tibiolas ĩflãtes citharœdiq; lyras Tibicines
ptichordes eburneas, & quæ barbita nũcupata ſũt ha

bentes. Saltatorum cultus tunicæ puniceæ cingulis ærei ſtrictæ, enſes lateribus pendẽtes, tela breuiora uiris, galeæ æreæ criſtis inſignes, pẽnisq; excultæ. Præibãt choris uiri ſinguli ſaltatiõis & tripudij modũ præmõſtrantes, bellicos motus, atq; uehemẽter proceleumaticis & rithmis imitãtes. Enoplia ſaltatio in his uſurpata, quæ & Pyrrhica nuncupata eſt, à Pallada, ut creditur, reperta alij Curetes eius ſaltationis autores arbitrati ſunt. Enoplios choros Satyriſcorum cœtus eueſtigio ſequebatur: erant hi in Sillenos & Satyros figurati, cauillabundo motu ridicula in magnis imitantes. Atq; hũc demum ordinem tibicines alij, & citharœdi uario ſequebantur cõcentu. Ibãt inde qui paſſim thura & aromata thuribulis adolebãt, multáq; odorũ fragrãtia deorũ ſimulachra auro argẽtoq; cælata uirorũ humeris ferebãtur. Tũ demũ Thenſam ſummi urbis magiſtratus, magna omnium ordinũ caterua religioſe ſequebantur, Circi area in qua hic & alij ludi agebantur tria & dimidiũ in longitudine ſtadia habuit, latitudo quaternũ fuit iugerum id ſoli ſpacium inter Palatinũ & Auentinum iacens, tribus lateribus porticus paululum repandæ claudebant cl. millium ſpectatorum capaces, ſedilia circa aream cemento extructa erant, in quo ſedẽtes ſpectarẽt. Scænici ludi in eo etiã agebantur, tali primum ratione. Ludiões ex Hetruſcia acceſſebãtur, hi ad tibicinis modulos ſaltantes, haud indecoros more tuſco reddebãt motus. Imitari hos primo Romana iuuentus, incomptis inter ſe carminibus iocularia fundentes, nec motus interim abſoni à uoce, mox diligenti uſurpatione eò proceſſit uſus, ut uernaculi eius rei artifices, quia nihil iam à Tuſcis ludionibus diſtarent,

Enoplia ſiue pyrrhica ſaltatio.

Satyriſci.

Circi magnitudo.

Ludi ſcænici.

ſtarēt, Hiſtrionies appellati ſint, qui Hetruſca uoce Hiſter ludio uocaretur. Hi deinceps non inconditum & rude carmen, alterniſq; ut à principio iactatū uſurparūt, quod Feſcennio fuit ſimile, ſed modulatas ſatyras, deſcripto ad tibicinē cantu, decoroq; motu peragebāt. L. Andromachus ab Satyris digreſſus fabulā argumēto fecit, factamq; cum ſæpius egiſſet, obtuſa demū frequemti uſu uoce, puerum qui caneret ante tibicinem ſtatuit, inde ut ad tibicinis latus hiſtriones canerēt receptum. ubi igitur res à riſu & ſoluto ioco auocari cœpta eſt, ludoq; in artem paulatim uertente, iuuentus fabularum actu hiſtrionibus relictis ueteri inſtituto ridicula uerſibus intexta inter ſe iactabant: unde exordia fabulis potiſſimū Attellanicis conſerta extiterūt. Id Ludionū genus ab oſcis acceptū, iuuētus tenuit nec Hiſtrionibus attingere permiſſum. Hic qua ratione Senatus populuſq; Romanus ſuos uita defunctos imperatores cōſecrare, celoq; īferre ſolebat, referendum duco. ipſi nanq;, ut Herodianus ſcribit, locabant in regiæ ueſtibulo ſuper eburneum lectum auro ſtratum imaginē, defuncto principi perquàm ſimilē, recumbebatq; pallida effigies in modum ægrotantis: circa lectum, magnam diei partem aſsidebat ſenatus omnis, ad leuam pullis ueſtibus amictus, ad dexteram lectæ ex omni nobilitate matrōæ, in albis ueſtibus: Is enim color lugubris fuit in muliere olim: omni alioqui ornatu detracto, id ſeptē diebus defuncto datur: Medicis uelut adhuc ſpirantem interuiſentibus, denunciātibuſq; in dies morbum ingraueſcere. Ad poſtremū, quaſi tum demum uita defunctū, equeſtris ſenatorijq; ordinis iuuenes per uiam ſacram in forū deferunt, lecto in roſtris depoſito, pueri

Hiſtriones.

Cōſectādi ratio

Albus color lugubris ī fœminis, niger lugubris in uiris

puellæq́; patricij generis cõpoſito ab utraq; parte cœtu hymnos in defunctũ canũt, flebili carmine modulatos. Dein *eburneo lecto cũ effigie ex foro in campũ* Martiũ *tranſlato, ingens ibi ſuggeſtus quadrata forma lignea tã tum materia contexitur, multis gradibus in phari ſpeciem faſtigio aſſurgẽtibus. Singuli auro & purpura inſtrati, ſignis ex ebore factis, uarijsq́; picturis inſigniter excoluntur: ac quò altiores illi minusq́; patentes, eò minores his imagines prominebãt: interius erat moles aridis referta fomitibus. Effigie ſecundo gradu collocata, omnibusq́; odoramentorum generibus omnifariã admotis, quæ certatim à tota ciuitate eo congerebantur: nobiliſsimi iuuenes equeſtris ordinis trabeati tabernaculo obequitabant motu quodam* Pyrrhichio *ſolenniq́; decurſu.* Circumagebantur & *currus quibus inſidebant rectores perſonas illuſtrium principum gerẽtes: ac tũ demum ab imperij ſucceſſore face admota circunfuſa multitudo ab imis partibus molẽ incẽdit: ac ſimul ignis cœpit inualeſcere, ex ædificij faſtigio aquila emittitur, quæ principis animam in cœlum ferre putabatur.* Qui *per hæc* Romanorũ *princeps conſecratus eſſet, uana ſuperſtitione inter deos colebatur. & hæc de urbis* Romanæ *ſtatu.* Hodie Italia *omnis* Chriſtianam *pietatem religioſiſsime obſeruat, ſacrorum cæremonias ex* Romanæ *eccleſiæ inſtituto: niſi fortè ĩ ultima eius terræ parte pauci græcũ ſeruent ritũ, & ipſi quidẽ græci generis. unũ connubium ut* Itali *olim ſed citra repudium: neq; id permittitur niſi magna de cauſa,* Romaniq́; *põtificis permiſſu.* Regum *nobibiliumq́; principũ primogeniti ueteri inſtituto regnum obtinẽt: in priuata fortuna uirilis ſtirpis*

Recẽtes Italiæ mores

iberi ex æquo fiũt hæredes,ſed legitimo thoro nati.Tri
lici iure utitur Italia põtificio,Cæſareo,& Municipa
:conſtat hoc ex legibus quas aliæ ciuitates alia ſibi de
auſſa cõdunt,ad bonum æquumq; ſpectat.Iudicia rerũ
iuilium'q; negotiorum,hic iudicum ordines exercent il
c magiſtratus:nam non una ubiq; eſt regiminis forma.
rima nobilitas militiæ,ſi fœlix ſit, Sequẽs rei literariæ,
acerdotium magis uenerabile facit,quàm nobile. In cla
itudine literarũ Theologi primas ſibi partes uendicãt,
ecũdas ab his iuris ſcientiæ periti:ſunt & Medici in ad
iratiõe,ſed maiore quæſtu, Mathematici, Dialectici,
Aſtronomi,& Poëtæ magis inter ſe clari: quàm uulgò
õſpicui.Grammatici extremi omnium:ut qui inter pue
os cõſeneſcãt.Eſt & ſacris oratoribus grande nomen
ed maior ueneratio, ob pietatis ſtudium frequentiore
gũt theatro,quàm forẽſes.His maior quæſtus:quàm no
en.Eſt & Mercatura in magna celebritate,nã preciũ
odie,ut ſemper in precio eſt.Pictores,Statuarij,Fuſores
maiori admiratiõe,quàm agricolæ ; etſi ut auditũ eſt
rima laus apud maiores his debebatur.Romani ꝓpemo
ũ ſoli Italorũ pecuaria exercẽt,ſed mercenaria exter
orũ hoĩm opa.Veſtitus alius alij,ſed Venetis laxitate insigni ac ꝓlixitate:et in his urbicus municipali ſumptuo — Veſtitus Italorum diuerſus.
ior.Secũdũ Venetos ciuilis et nitidus Florẽtiæ,& cæte
æ Hetruriæ.Mediolanẽſibus ac toti æmiliæ Liguriæq;
loridior,ſed paulo cõtractior.Romæ Aulicus prolixita
e uarietateq; colorũ oẽs alios antecellit. Romanus mul
o frugalior,ſed cui ſuus nõ deſit nitor,præſertim ĩ fœmi — Romanorũ ueſtitus.
is.Neapolis magis nitido utitur quàm ſumptuoſo, et ex
ernus gratior Italico.Cætera Italia ſimplicius ueſtitur,

nec unus habitus omnibus: quippè quē noſtra memori
Principū fœminarū veſtitus. ſæpius uariari contigit. Ecce in Aemilia & tota Galli
Ciſalpina gaudet principes fœminæ in Hiſpanico hab
tu uideri, uiri in Gallico malunt, Iam & Romæ mulie
bris ſexus Tuſcum nuper affectabat: Venetiarū matrc
næ his paucis annis ulnas pectus & humeros nudaban
nunc omnia contegunt, ac laxioribus utuntur manicis
& in Hiſpanicum degenerant. Veteres Romanorū ſt
tuæ & numiſmata arguunt nullum apud maiores fuiſ
Tegēdi capitis apud Italos olī nullus vſus. tegendi capitis uſum, nec caliga fuit niſi militaris: eſt h
die utrunque uulgatiſſimum, ſed tegere caput traſlat
cium in Italia, ut credere eſt: quod nomen etiā declara
nec lanei aut linei thoracis adeò frequens uſus olim: qu
ex ueteri ſtatuarum figuratione poteſt intelligi: nūc o
nis iuuenum cultus in his ſeſe propèmodum effert. Ita
cus ſermo neq; ille eſt, qui olim fuit, nec omnino ab eo c
uerſus: ſed barbaris uocibus plus minusúe adulteratus
ut hæc aut illa regio fuit externis gentibus magis obno
Veneta līgua. xia. Littoralis Hiſtriæ ora ueneta plurimum utitur lin
gua, quæ compta eſt, & grauis, pluriumq; linguarum
flore conflata: quod facilè contigit in frequētiſſimo Ita
Carnicus ſermo. licarum gentium commercio: olim multo ſimplicior fuit
ac minus auribus grata. Carnicus ſermo plures ſonat li
guas, ac neſcio quid ab Italico diuerſum, dulcior auditu
quo Taruiſium, Patauium, Verona, Vicentia, Mantua
Ferraria utūtur: ſed in his urbicus gratior agreſti. Ciſa
Ciſalpinæ galliæ ſermo. pina Gallia externum quendam & à noſtro alienum ſ
Laus ciſalpinæ galliæ. nat. Nulla alioquin gens cultior aut urbium apparatu
aut uictus frugalitate. Rauēnæ, Arimino, Piſauro, Fauen
tiæ, Bononiæ, & uniuerſæ Aemiliæ, flaminiæ uenuſtiu

rmo. Tuſcis breuis, et uelut Laconicus in alieno, quàm
io ore, gratior. quod Romæ nuper offendebat cõmer-
io gentium in dies magis excolitur. Picinis & Sabinis
& Marſis craßior caſtigatiorq;, Vmbris, Apulis, Luca
is, Brutijs, Samnitibus & cæteræ Italiæ rudior lingua
minus peregrinis imbuta, præter Neapolim, ubi plæ-
que Hiſpanicum affectãt. quòd ſi quis altius ſpectet,
tq; in uniuerſum iudicet, nulla eſt ciuitas, nullus popu-
s, qui non aliquid à finitimis differat: autor Antonius
abellicus Enneade xi. lib. primo.

Tuſcus ſermo laconicus breuis.

Romanus ſermo.

De Liguria Ligurumq; priſco ui- uendi more.

CAPVT XX.

Liguria Italiæ regio pro maiori parte mõtuoſa, in-
ter amnes Varũ et Macrã, ab altero latere Apẽ
ninum habens, ab altero Padum Tuſciã attingẽs:
ius caput nũc eſt Genua. A Ligyſto Phaetõtis filio di-
a, cõuerſione y in u, ut pictor Fabius prodidit: horum
ens Siculi fuere, ut Thucidides arbitratur. Magna pars
aliæ eſt ab his olim poſſeſſa. Siculi ab Oenotris Italia
ecti Siciliam tenuerunt. Ligures labore plurimo conti-
io uitam duram agunt: nam multis arboribus oppleta
gione materia eſt ad naualem fabricam præcipua: ar-
ores tanta craßitudine, ut diametri octonos pateãt pe
es. Vnde quidam cædendæ materiei, quidam ſubigendo
gro à lapidum aſperitate cultu difficili uacãt: ita enim
rra lapidoſa eſt, ut gleba abſque ſaxo nequeat effodi.
b quod uitæ erumnoſæ natura aſſueti: licet multo in la
ore uerſentur, parum tamen percipiunt emolumenti:

Liguriæ fines.

Siculi ex Italia in Siciliam cõpulſi.

Ligurũ ſtudia.

continuum uerò exercitium, et uictus parcitas corpora eorum macilenta efficit ac robuſta. Mulieres quoq; uirorum labores perferunt, aſſuetæ unà cum uiris opus facere. Venatiõibus cõtinuo uacãt, captisq; feris fructuũ inopiã ſuſtentant. Niuibus inſuper montanisq; aſperitatibus aſſueti agiles corpore ac ualidi redduntur. Nõnulli meſsis raritate carnes partim domeſticas edũt, partim ferinas, aqua in potum ſumpta. Oleribus utuntur, prout fert regio eorum, ad quos neq; Ceres uenit, neq; Dionyſius, præ cæteris dijs hominibus utiles. In terra cubãt ut plurimũ, rari ſub tecto aut in tugurijs iacẽt, Plures ad cõcaua ſaxa, ſpeluncasq; ab natura factas, ubi tegãtur corpora, diuertunt. Hoc pacto priſco more abſq; apparatu aliquo uiuũt. Deniq; mulieres uirorũ, uiri ferarũ robur & uires habẽt. Aſſerunt in bello ſæpius uegetũ Gallum ab gracili macilẽtoq; Ligure ex prouocatione ſingulari certamine uinci. Arma habent leuiora, quàm Romani. Operiũtur corpora ſcuto longo ad formã galaticorũ facto, tunicaq; ſuccincta. Armãtur etiã ferarũ pellibus, ac enſe mediocri. Quidã Romanorũ conſuetudine, quos in ea re imitati ſunt, arma immutarunt. feroces ſunt, et acuto ingenio, nõ in bello ſolũ, ſed in cõmuni uita. Mercaturã exercent, nauigãtes per Sardionũ Libycũq; pelagus, ſponte ſe grauibus maris periculis obiectantes, ſcaphis enim haud ſatis cæterarũ nauium more præparatis nauigant: quo fit ut imminente tempeſtate grauia ſubeãt uitæ diſcrimina. Gens hæc ut Anto. Sabellicus primo lib. ſeptimæ enneadis habet, adhuc ferox eſt, & ad rebellandum nata, ut quæ diu Romana exercuit arma, plurimum pecore uictitat, lacte, hordeaceaq; potione.

Mulieres in labore viros adiuuant.

Victus Ligurũ

Habitacula.

Robur corporum.

Arma.

Ferocitas.

Nauigãtes mercaturã exercẽt

Recẽtes mores

De Tuſcia & gẽtis eius antiquis moribus. CAPVT XXI.

TVſcia Italiæ regio celebris, à ſacrificijs, ut quidam
arbitrãtur, dicta: nã Græci θύειν ſacrificare di-
cũt, uel à thure, quo maxime in ſacrificijs utimur,
uel à Tuſculo Herculis filio, quod ueteres ꝓbant. Olim
Tyrrhenia dicta fuit. Dubium à Tyrrheno Atys, an Her-
culis & Omphales, an (ut alij ſcribũt) Telephi filio, qui
in eam terrã duxerit colonos. Dionyſius à Tyrſibus ædi-
ficiorum genere, quibus Tuſci uterẽtur id nomen factũ
ſuſpicatur. Romani eius terræ populos nũc Tuſcos nũc
Hetruſcos dixere. Græci uerò Tyrrhenos. Veterem illo-
rum opulẽtiam, tum pelagi nomẽ demonſtrat magna ex
parte Italiæ prætẽti, tũ fines terræ, ab infero ad ſuperũ
mare: & ad alpes ꝓpemodũ promoti. Satis cõſtat quòd
quicqd terræ intra alpes iacet & Apenninũ umbrorũ
olim fuiſſe, qui inde à Tyrrhenis ſint eiecti, Tyrrheni à
Gallis, Galli à Romanis, Romani à Longobardis, qui po-
ſtremo nomẽ ipſi terræ indiderunt. & quod ad celebri-
tatem nominis attinet, Latini Vmbri & Auſones à Græ-
cis Tyrrheni ſunt olim uno nomine appellati. quidã etiã
Romam ipſam Tyrrhenam urbẽ opinati ſunt. Fuit Tyr-
rhena gens fortitudine egregia magno potita ĩperio, ci-
uitates cõdidit plures atque opulentas. Claſſe quoq; po-
tens, cum diutius mari imperitaſſet, Italum pelagus ab ſe
Tyrrhenum denominauit. Pedeſtri quoq; exercitu præ-
ualida, tubam primo adinuenit, & bello admodum uti-
lem, & ab illis Tyrrhenum appellatam. Duces exerci-
tus plures inſignibus decorauit. Lictores, currulẽ ſellã,
prætextam ueſtem: faſces, ſceptrum eburneũ, alia multa

Tyrrenia vnde Tuſcia appellata.

Tuſci etiã Hetruſci appellantur

Vmbrerum terram Longobar dia

Tuba à Tyrrhenis inuenta

Inuēta Tyrrhenorū plurima

dedit: domibus porticus addidit, in qu as ſeruorum concurrentium turba diuerteret: quæ imitati poſtmodum Romani, in'ꝗ melius aucta ad ſuam rempublicam trāſtulere. literis quoq; & rerum naturalium inueſtigatiōi ac theologiæ plurimo tempore impenſo. Præ cæteris in fulgurum interpretatione & arte augurandi uerſata eſt, adeò ut noſtra etiam ætate uniuerſus fermè orbis, tū admiretur uiros, tum haruſpicibus utatur. In ſcientia faciēdorum ſacrorum ita etiam floruit, ut Romani qui nō ſeruandæ tantum, ſed & amplificandæ religiōis cupiditate incendebantur, decem principum filios ſenatus conſulto ſingulis Tuſciæ populis percipiendæ ſacrorum diſciplinæ gratia traderent: hinc ludibrium illud malorum dæmonum ad Romanos defluxit. Hinc Bacchanalia, quæ ut fœda & pernicioſa, magno ſunt bonorum conſenſu, auctorum ſuorum ſupplicio uindicata, ex totaq; Italia ſublata. Patriam Tyrrheni uberem incolunt. quam ſtudio curaq; efficiunt fertiliorē. Menſa bis in die ſumptuoſe præparata, omnia quæ ad epulorū delicias pertinent abunde ſubminiſtrant. Stragulas inſuper ueſtes floribus diſtinctas, poculaq; aurea uarii generis, ac miniſtrorum ſeruorumq; numerū permagnū in uſu habent: multiplices ubi nō ſolū ſerui famulantur, ſed etiam liberi plures. Gens in uniuerſum magis adhuc ſuperſtitioſa eſt, quàm pugnax.

In augurādi arte uerſabantur Hetruſci

Religioſi valde Hetruſci erant

Bacchanalia ex Tuſcia ad Romanos

De Galatia Europea & Galatarum priſcis moribus.

CAPVT XXII.

Galatiæ fines

GAlatia magna Europæ regio fuit, ultra Celticã ad notum oceanumq; uerſus pertinentesq; oras, & Herciniũ montẽ (ſcribit Diodorus Siculus) & à terminis iſtis ad Scythiam uſq; protenſa. Sic appellata à Galate Herculis & Celticæ cuiuſdam mulieris filio. Hæc à pluribus nationibus incolebatur regioq; ut plurimum ad arctum ſita, frigidaq; adeò, ut quæ hyemis tempore pro aqua niuibus oppleta exiſtat: glacies quoq; immenſa adeò patriam occupet, ut flumina congelata ſint peruia tranſeuntibus, non ſolum paucis, ſed exercitibus quoq; cum curribus atq; impedimentis. Com plures magni fluuij uario fluxu per Galatiam fluunt, quorum hi ex profundis ſtagnis, hi ex montibus, partim in Oceanum ut Rhenus, partim in pontum ut Danubius, alij in Hadriaticum mare decurrunt ut Eridanus, qui & Padus. Sed hi omnes ferè hyemis tempore congelati ſecurum tranſitum iniectis deſuper (ne labantur) paleis euntibus præbent. Vinum & oleum propter eam frigiditatem regio non produ it, quare coacti homines potum ſibi ex hordeo comparant quem zitum appellant: aqua etiam in qua lauant fauum mellis utuntur. Vino præter modum adeò delectãtur, ut à mercatoribus importatum purum bibant, minimoq; potu ebrij, aut ſomnum inducant, aut inſaniam: quo fit ut mercatores Italici plures quæſtu ducti uinum, tum nauibus, tum per terram curribus deferentes pincernam puerum mercantur pro uini amphora. Vniuerſa Galatia argento caret, auro abũdat, illud natura ipſa præbente. Nam cum fluminum decurſus, difficiles flexus habeat, ſuperans ripas à montibus fluens aqua: arenam au

Galatia hiemis tempore glacie occupata

Zitũ ex hordeo potus

Vini appetentiſſimi

Argento caret Auro abundat Galatia

ream paſsim per campos eijcit, qua conflata, auroq́ pu-
ro educto ad ornatum corporis mulieres uiriq́ utun-
tur: etenim & manuum articulos, & brachia armillis
aureis exornant. Circa collum grandes torques geſtant
ex ſolido auro, & in digitis anulos. Thoraces etiam au-
ro exornant. Priuati quid ac mirabile in deorum tem-
plis potentiores obſeruãt, plurimũ auri ipſis dijs oblati
per pauimentum ſpargentes, neq; id quiſquam incola-
rum, quàmuis gens auro ſit auida propter religionẽ con
tingere audet. Sunt Galatæ molles atq; albi, corpore ob-
longo. comas quãuis habent natura rufas: ſtudio tamẽ
augẽt naturæ colorẽ. Calamiſtro capillos inflectũt, frõ-
te illos ad ceruicẽ reijciẽtes, ut ſatyris aſpectu puerisq́
appareant perſimiles: capillos arte efficiunt craſsiores:
ut nihil differant ab equorum iubis. Barbam quidam ra-
dunt, nonnulli nutriunt. Parcè nobiles quidam genas ra
dunt: barbam adeò fouẽt ut corpora operiat. Quo ac-
cidit, ut cũ edant repleatur cibo: cum bibant ueluti per
cannale potus uideatur inferri. Cœnant ſedendo omnes,
non tamen in ſedibus, ſed in ſolo ſuper luporum aut ca-
num inſtratis pellibus. Miniſtrant eis pueri iuniores æta
te tenera: iuxta eos ignes fiunt, in quibus ollæ ſunt &
uerua plena carnibus. uiros bonos melioribus carnibus
honorant, quemadmodum Poëta Aiaci ſcribit, impen-
ſum ab optimatibus honorem, quando ſingulari Hecto
rem certamine uiciſſet. Hoſpites ad epulas, qui ſint,
qua cauſa uenerint rogantes. Conſueuerunt quoq; ſum-
pto cibo ad uerborum, prout caſus tulit, concerta-
tionẽ ſurgentes ex prouocatione certare inuicem, nulla
habita uitæ cura: increbuit enĩ apud eos Pythagoræ ſen

Corpus auro exornãs Galata

Aurũ in tẽplis ſp rſum

Corporũ Galatarũ diſpoſitio

Barbã nobiliores nutriunt

Sedẽtes in ſolo cœnãt Galatæ

Ex prouocatione certare ſolent Galatæ

tentia, qua dixit, animas hominum eſſe immortales, rurſusq; eas defunctis corporibus poſt certum tempus in alia corpora reuerſuras, ob hanc cauſſam in defunctorum pyram epiſtolas ſcriptas quidam coniiciunt, tanquàm eas mortui ſint lecturi. In itinere ac pugna bigis utuntur, quas rhedarius ac aſſeſſor ducunt. In bellis obuium hoſtem iaculo ex curru primum appetunt, tum relicto curru pedites enſibus certant: quidam adeò mortem contemnunt, ut pugnent nudi. Cuſtodes corporis ex liberis hominibus pauperes eligunt, qui & pro aurigis in pugna ſeruiant, & ferant ſcutum, inſtructam aciem præire conſueuerunt, & ad ſingulare certamen fortiſſimos hoſtium prouocare, arma ut hoſtem terreant quatientes. Quum quis ſtrenue in acie pugnauit, tum maiorum, tum ſuas laudes ac uirtutes decantant: res hoſtium deprimunt, tanquàm uituperatione dignas deniq; omnis in bello audaces extollunt uerbis. Capita hoſtium in acie cadentium abſciſa equorum alligant collis. Hoſtium ſpolia ſanguine perfuſa famulis tradunt in foribus domorum cum cantu atque hymnis affigenda, quemadmodum feras ſolent uenatu captas. Hoſtium nobiliorum capita aromatibus uncta in tecis condunt ſumma diligentia, ea hoſpitibus oſtendentes, nullóque pro precio ea uel parentibus uel liberis uendunt. Veſtes ad terrorem intonſas ac uarij coloris ferunt, quas illi uocant braccas. Sagula ferunt uirgata, hyeme quidem craſſiora, æſtate ſubtilia. Fictilia in uſu habent denſa ac floribus diſtincta. Arma ferunt, ſcutum ad ſtaturam hominis longum, proq; libito cuiuſque orna-

Att. morem.

Corporis cuſtodes ex hominibus liberis.

Strenuorũ militũ dignationes.

Hoſtiũ ſpolia domorum foribus affigũtur.

Veſtitus Galatarum.

Arma bellica.

tum. Quidam in ſcutis animalium formas æreas pau- lum eminẽtes geſtãt, & ad ornatũ, & ad corporis tutelam fabricatas. Aerea galea caput muniunt paulũ eminẽtiore, in qua aut cornua impreſſa ſunt, aut auium uel quadrupedum effigies ſculpta. Tubas habent ſuo more barbaras, ut quæ aſperum ſonum & turbulentum reddant. Thorace ferreo utuntur quidam, alij armis à natura datis nudi pugnant, pro enſibus ferreas ſpatas gerunt oblongas, ærea catena à dextero latere pẽdentes. Nonnulli tunicas aureis aut argenteis zonis cinguntur, iaculis inſuper bellantur, quæ illi lanceas uocant, ferro cubiti aut amplius longitudinis paulominus duobus palmis lato: enſes haud minores ſunt, quàm apud cæteros uenabula, habentq; tum rectos tum curuos non ſolum ad corpora cædendum ſed etiam ad perforandum aptos. Aſpectu ſunt terribiles, uoce graui atq; aſpera. Sermone utuntur breui ac ſubobſcuro, multaq; ex animo dubia loquuntur: plurima ad iactantiam in eorum laudem dicunt, & ad cæterorum contemptum. Minaces ſunt ac detractores, opinioneq; inflati acuti ingenio, & à doctrina minime alieni. Sunt & apud eos melodiarum poëtæ, quos ipſi Bardos dicunt, hi cum organis ueluti cum lyra cantant, hos laudãtes alios uituperantes. Philoſophi quoq; ac Theologi, quos uocant Saronidas, præcipuè ab illis coluntur. Vtuntur inſuper diuinatoribus, qui apud eos cum augurijs & ſacrificijs futura prædicent: maximi exiſtimantur omni eis obtemperante plebe: de rebus magnis conſulturi mirabilem incredibilem obſeruant ritum: enſe hominem iugulant, quo labente,

Enſes maximi

Bardi melodiarum poetæ.

Saronidę philoſophi & theologi.

Mirabilis atq; horrẽdus ritus

tum ex caſu, tum ex membrorum laceratione, tū etiam ex ſanguinis effluxu futura dijudicant. Eſt apud eos moris nullum abſque philoſopho ſacrificium facere, exiſtimantes per diuinæ naturæ conſcios ſacra fieri oportere, tanquàm deis propinquiores. Horum interceſſiōe bona à dijs cenſent petēda, quorū conſilio, & pace, & bello fruantur. Poëtæ uerò apud eos tanti habentur, ut cum extructa acie exercitus eductis enſibus iactisq; iaculis propinquant, non ſolum amici, ſed hoſtes eorum quoq; interuentu à pugna abſtineant, ita apud agreſtiores barbaros ita cedit ſapientiæ & Mars reueretur muſas. Galatarum fœminæ non tantum corporis magnitudine ſunt uiris ſimiles, ſed robore etiam. Pueri ut plurimum cani ſunt, ætate prouecti colorem paternū aſſumunt. Eorum qui ſubtus arcton habitant Galatæ, quiq; Scythiæ ſunt propinqui, utpotè cæteris agreſtiores nōnullos aiunt humanis carnibus ueſci, quemadmodum & hi qui eam Brytanniæ partem, quæ Iris dicitur habitant: horum fortitudine feritateq; diuulgata tradunt eos, qui priſcis temporibus omnem fermè Aſiam diſcurrentes Cimerij dicebantur, ipſos eſſe, qui paulopoſt corrupto nomine pro Cimerijs Cimbri ſunt appellati: iam priſco more dant latrocinijs operam rapientes aliena ſuis omnibus contemptis. Hi ſunt qui Roma capta, cum Delphici Apollinis templum ſpoliaſſent, magnam Europæ partem, non paruam Aſiæ tributariam fecere, agris eorum quos ſubegerant poſſeſſis. Nam qui in Græciam peruenerunt Galatæ, de ſe partem occupatam Gallogræciam dixerunt, & Galatiam minoris Aſiæ regionem, quæ ab oriēte Cappadociā & Halym fluuium

Nullum abſq; philoſopho ſacrificium.

Poetæ in maximaveneratiōe.

Fœminæ Galatarū viris ſimiles.

Humanis carnibus veſcuntur qui Irim inhabitant.

habet, ab occidēte Bithyniā & Aſiā, à meridie Pamphi liam, à ſeptētrione pontum Euxinum. Cæterum Cimbri de quibus iam noſtis ſermo eſt, Gens diræ ſupra modum feritatis, impietatisq; in deorum ſacrificijs inauditæ, ſequebantur exercitum mulieres Sacerdotes diuinationis peritæ, quarū canus capillus erat. alba ueſtis, lutea è carbaſo ſubter tunica fibulis annexa ahenis incinctæ zonis, pedes nudæ, captiuis per caſtra ſtrictis occurrebant enſibus, quos ſternentes humi ad æreum protrahebant craterem uiginti capacem amphorarum. Habebant & pulpitū quo agiliter aſcenſo, tollentes in ſublime captiuum ſuper lebete iugulabant. tum profuſo in craterem ſanguine inde cum ſtillaret uaticinium edebant: alij uerò ſciſſo uentre inteſtina ſpeculabantur ſuis uictoriam clamitātes. Noxios quoq; quinquennio ſeruatos affixos ſudibus ſacrificabant, & animātia ex hoſtibus capta unà cum hominibus interfecta, aut ſupra ingentem pyrā poſita cōburebant, aut alijs adficiebant pœnis. Et quamuis Cimbri mulieres habeant ſpecioſas, ad mares tamen præter modum ſunt cupidiores. In ferarum pellibus humi dormientes, ex utroq; latere excubitores habent. In ipſis certaminibus extentas ad carrorum uelamina pelles tantis pulſant ictibus, ut ingenti cum horrore fragor efficiatur. Sed illa admiranda eorum impudentia, quòd ſpeciem corporis facile alijs offerūt in propatulo, neq; hoc turpe ducunt, quin potius ignauum abnuere gratiam ob latam. Fertur à Valerio maximo Cimbros & Celtiberos in acie gaudio exultare conſueuiſſe, tanquàm glorioſe et feliciter uita eſſent exceſſuri. Lamentari uerò in morbo quaſi turpiter perituri.

Sacerdotes fœminæ.

Crudelis vaticinandi ritus.

Noxios ſacrificabāt Cimbri.

Cimbri ad mares cupidiores

Impudentia Cimbrorū admiranda.

De Gallia, Galloruḿq; ueteribus & recentibus moribus.

CAPVT XXIII.

GAllia lata Europæ regio inter Gallicum interṅū mare, oceanūq; Brytānicū, Rhenū, Alpes, & montes Pyreneos iacens: Pyreneis iugis ad ccaſum includitur, ad ſeptentrionem & Boream Galco, Brytannicoq; oceano: ad orientem ſolem Rhenus li paribus penè ſpacijs ex alpibus in oceanum, quibus yreneum iugum ex interno mari ad externū procurt: qua meridiem ſpectat Narbonenſe illi prætenditur elagus. Gallia appellata à candore populi, Gala enim c dicitur Triplex eſt, Tonſa ſiue togata, quæ & Ciſpina dicitur, ſed Italiæ finibus includitur. Comata coominatur omnis Tranſalpina Gallia, eam in tres rouincias à tribus populorum generibus hyſtorici diſerunt, Belgicam uidelicet, Celticam, & Aquitanim, terminos illarum ita ſtatuentes, ut à Scalde ad Seianam Belgica ſit dicta, mox Celtica ab eo ad Garum̄m quæ eadem eſt & Lugdunenſis inde ad Pyrenei exrſum Aquitanica olim Aremorica uocata. Auguſtus adrifariam diuiſit addita Lugdunenſi prouincia. mianus in multijugas prouincias diuidit, utpotè, qui rimam & ſecundam Lugdunenſem, & primam & ſendam Aquitanicam faciat. Braccata, quæ & Narbonſis dicitur, à Braccis ueſtium genere ſic uocitata. elgica, quæ Rheno adiacet, pro maiori parte lingua eutonica utitur, prouincias habet, Heluetiam. Alſaam, Lotharingiam, Lucelburgam, Burgundiam,

Galliç quatuor termini

Gallia unde appellata

Diuiſio Galliæ

Braccata ſiue Narbonenſis

Galliæ regiões

Brabantiam: Gelriam, Holãdiam, Selãdiam: quę omnes, niſi Rhenus antiquus terrarum limes abſcinderet Germaniæ noſtræ potius annumeradæ eſſent, ex quo hodie & conſequenter etiam non montes, non flumina pro regionum terminis habentur, ſed ſingulæ linguæ & imperia Eouſq; unãquãq; regionem extendi dicant, quouſq; gentis illius ſermo uerſatur. Galliæ populos Græci communi appellatione olim ab eorum Regis nomine Celtas dixere, & ab illius matris nomine Galatas Frãci hodie uocantur, & Gallia Francia, à Francis Germaniæ populis, à quibus olim ferè tota ſubacta eſt, ut Baptiſta Mantuanus in Dionyſio ſuo: & M. Antonius Sabellicus libro iij. x. enneadis habent. Cæſar dictator Gallicas gentes lingua, legibus & inſtitutis inter ſe differre dixit, multa tamen multis communia eſſe, ut factiones exercere, quæ non ſolum in ciuitatibus & pagis, ſed in ſingulis penè familijs uulgo reperiantur, ut qui ingenio & opibus polleant, inter ſe de principatu contẽdant, ut cũcta ſuo potius quam alterius arbitrio fiant, quod ut gentile, ita uetus eſſe, nec temerè ĩſtitutũ uideri, ut tuta plebs eſſet à potentiorum iniuria, nuſquàm gentium plebs alioqui cõtemptior: quippe quæ olim ſeruitij penè loco haberetur, omnis publici conſilij expers, plæriq; tributorum, aut alieni æris magnitudine grauati, uulgo ſoliti ſe nobilioribus addicere, ut à cæterorũ iniuria tutiores eſſent, omnia in eos iura, ut in ſeruos, habituris. Duo hominum genera in præcipuo honore eſſe. Equites & Druides, alij Bardos & Vacies Druidibus adijciunt, quorum hi naturalium rerum cauſis dediti eſſent inueſtigandis, illi laudationibus & Poëticis rebus. Cæſar uno nomine omnes

Margin notes: Galli à Græcis olim oẽs Celtæ uocati · Galli hodie Frãci appellãtur · Factiões amabant Galli · Deſpectiſſimi gentiũ omniũ Galli fuerunt

omnes Druidas uocat, hi ſacrificia curare publica & priuata, religiones interpretari, Adoleſcẽtes diſciplinis inſtituere, quorum cœtibus præcipuè uenerari, ijdem de cædibus, de finibus, cæteriſq; cõtrouerſijs cognoſcere, pœnas conſtituere: ſi quis ſiue publicam, ſiue priuatam perſonam gerens decreto nõ ſtetiſſet, ſacrificijs interdicere, quæ præcipua fuit in gente animaduerſio. Druides omnem hominũ congreſſum & ſermonem declinare, ne contagione polluerentur, his petentibus neq; ius dici cuiquam potuit, neque honos ullus publicus communicari. Unus omnibus præeſſe, cui in uniuerſum ordinem ſumma erat poteſtas. In huius defũcti uelut antiſtitis locũ alius ſuffragio ſurrogabatur, cogebatur horum conciliũ certo anni tẽpore in Carnutum finibus. Eſt is locus Galliarum ferè medius, cõtrouerſiaſq; ex uniuerſa gẽte eò delatas ſuo componebãt decreto. uulgò poſteà receptum, d inſtitutũ, ſed ex Britãnia trãſlaticium, Parlamentũq; ocatum, de quo poſteà Druides à bellicis rebus aberãt, eq; ad tributum cogebantur. Multa millia uerſuũ edicere neceſſe erat, q tali ſe diſciplinæ tradidiſſet: ut pleriq; uiginti annos in ea comparanda morarẽtur: neq; fas rat quippiam ad eam cognitionem pertinens literis cõmẽdare, quod ad memoriæ cultum, & ſcientiæ autoritatẽ putaretur pertinere. Cæteris Gallis tẽpeſtate ea Græcæ literæ in uſu fuere. Credere Druides animas nõ interire, ſed in alia trãſire corpora, atq; metu mortis ita ſublato audaciores in piculis fieri. Multa de ſyderibus diſputabãt, de mundi & terrarum magnitudine, de rerum natura, & Deorum poteſtate. Mundum ipſum æternum, ignem & aquam uiciſſim præualere. Alterum genus

Druidũ officia & dignitates

Concilium annuũ in Carnutum finibus

Opiniões druidum uariæ

Alterum Callorũ genus equites

equites, hi cæterorum ordinum religioſiſsimi, uerum graui morbo affecti aut in periculis conſtituti, pro ſalute humanam hoſtiam mact. bant, Druidum miniſterio adiuti: Alij ſimulachra habebant immani magnitudine, uiminibus contexta, eaq; uiuis corporibus plena circumiecto igni abſumebantur. ſupplicia eorum qui latrocinij alteriusúe noxæ conuicti eſſent dijs gratiſsima arbitrari. Mercurius in præcipua ueneratione eſſe, quem omnium artium inuentorem prædicabant. Viarum & itinerum ducem, & ad quæſtum faciendum plurimum prodeſſe. Marti in pugnam ituri quicquid cepiſſent pro uictoria uouebant: uiſebanturq; ob eam in plæriſque urbibus ingentes tumuli, bellicis ſpolijs conſtructi. Si quis ex præda aliquid fraudaſſet graui ſupplicio id ſcelus uindicabant. Se ex Dite procreatos perſuaſum habuere, ob idq; initium feſtorum dierũ ab ea nocte capere, quæ feſtam lucem præceſsiſſet, rati noctẽ illi ſacram eſſe. Liberos ad conſpectum ſuum non prius uenire patiebantur, quàm per ætatem adoleuiſſent, ut militaria iam obire munia poſſent. Turpiſsimum arbitrãtes filium adhuc puerum patri aſsiſtere. Viri quantas ab uxore pecunias dotis nomine accepiſſent: tantundem domeſticarum fortunarum æqua æſtimatiõe cum dote conferre: quicquid inde fructuum perciperetur id diligenter aſſeruari, eiusq; eſſe, qui ſuperſtes alteri fuiſſet. Viri in uxores, ſicut in liberos, uitæ & necis poteſtatem habuere. Si qua ueneficij conuicta eſſet, à propinquis mariti igne ſæuisq; cruciatibus necari. In funere omnia, quæ uiuis chariſsima fuiſſent cremare cum defunctis. animalia etiã ipſa, nec multum antequàm C. Cæſar eam terram de-

Mercurius in ueneratiõe Gallis grat.

Galli ex Dite ſe natos dixere

Viris ius ĩ uxores & liberos.

bellaſſet, clientes & ſeruitia funebri rogo inferebantur. In ciuitatibus quæ optime inſtitutæ erant primores multi gubernabant: Ducem unum primis temporibus ad annum eligentes, ſicut & in bello unus à multitudine deſignabatur Imperator. Si quis de re publica aliquid à finitimis fama compertum haberet, id ad Magiſtratus deferebat, quædam ſuo arbitrio occultare, cætera pro concione palàm facere. De republica niſi in publicis loqui nemini licebat. Qui in concilium ultimus ueniebat necabatur. Qui tumultuabatur, ad eum miniſter ſtricto occurrebat enſe, & minitabundus ſilentium imperabat, qui ſi non deſiſtebat, ſecundo ac tertio ididem factitabat, deniq; tantum illi abſcindebat è ſagulo, ut quod reſiduum eſſet, redderetur inutile. Magiſtratibus aurea ſunt geſtamina, collo torques, manibus & lacertis armillæ. Vulgus ſagis ueſtitur, ſciſſoq; pro tunica amictu, qui uix nates integeret dimidias, lana quidem aſpera, cæterum oblongis uillis, unde & ſagula hirſuta texunt, quæ lenæ uocantur. Comas ſtudio nutriebant, corpora genti proceriora, & uulgò candida, & ſecundum ea armatura æqualis gladius longus à dextero latere dependens, clypeus etiam longus, haſtæ ad proportionem, & Meris peltæ genus eſt: arcubus plæriq; utuntur, cum telo certiorem infligunt ictum, quo in aucupijs potiſſimum utuntur, pauciſſimi bellum fundis & fuſte ineunt. Humi cubãt cœnitantes in ſtramentis aſſident: plurima cum lacte illis eſca: carnibusq; multifariam præſertim ſuillis & recentibus & ſalitis. Sues in agris nutriuntur, & proceritate robore et celeritate præſtãtes adeò, ut inſueto cui

Ciuitatũ adminiſtratio. Ariſtocratia.

In concilio tumultuans.

Veſtitus Gallorum.

Arma bellica Gallorum.

Alimenta.

piam accedenti nõ minus quàm à lupis periculum immineat. Tam *copioſi illis & ouium & porcorum greges ſunt, ut hinc ſaginarum & ſalſamentorum abundantia, non ſolum* Romæ, *ſed & pluribus* Italiæ *partibus ſuppeditetur.* Domicilia *ex pluteis & cratibus in teſtudinis ſpeciem faciebãt: & quidem permagna multis impoſitis lacunaribus.* Ferox *omnibus ingenium, ingenita ſimplicitas, plus uirium quàm conſilij in bella afferunt. maius bellorum quàm agrorum ſtudium.* Mira *fœminarum fœcunditas ut ter centum & amplius armatorum millia gens una* Belgica *ad bellũ olim mitteret: uictoria ſupra quàm dici poßit, uincentibus læta, uictis ſtupor è prælio decedentes ceruicibus equorum hoſtium capita ſuſpendunt. eaq́; domum delata, ut ſint ſpectaculo poſtibus affigũt.* Illuſtrium *uirorum capita cedrinis condientes odoribus peregrinis oſtentant, nec tantidem auri redimi dignabãtur.* Gentile *& uetus aureos torques ex collo ſuſpendere, manibus & lacertis armillas inducere, ueſtes auro pictas geſtare.* Hominẽ *diuinationi deſtinatum in tergo ferientes ex ipſo impatientiæ afflictandiq́; modo uaticiniũ capiebant.* Traduntur, *& alia humanorũ ſacrificiorum genera, quoſdam ſagittis configebant, & intra ſacras ædes patibulo ſuffigebant, magnamq́; è fœno chorto ſtatuam apparentes, eiq́; lignum iniectãtes pecoraq́; & uarias immittentes beluas atq; homines holocauſtum faciebant.* Erant *galli ex aßiduo labore & exercitio ferè omnes olim macilenti corpore, uentresq́; minime propendebant, nam ſaginam adeò deuitabant, ut adoleſcentes, qui zonæ menſuram uentre excederent publicè multarẽtur.* Cæterum, *Romanorum cõmercio multa mutari contigit,*

Ouiũ & porcorũ diuites Galli.

Domicilia Gallorum.

Fœminarũ Gallorum mira fœcunditas.

Hoſtiũ capita poſtibus affigũtur.

Galli olim omnes macilenti.

tempus inde omnia in melius uertit. Obſeruātiſſimi itaq; hodie ueræ pietatis ſunt, regis imperiū late omnia tenet. Matrimonia Italico ritu celebrant, liberales artes multis curæ exiſtunt, & in primis diuinarū artiū ſtudia Gymnaſiū, quod Pariſijs eſt, id demonſtrat, omnium quæ hodie ſunt in terris celeberrimum. Sunt & Romanarum literarum appetētiſsimi, ac latinarum æmuli, in eo ſtudiorum genere, nec Græca aſpernantur. Penes magiſtratus iudicia ſunt, regum eſt hos legere. In bellis cataphrato equite utuntur, peditēq; leuiter armato: utuntur & ſagittarijs, qui longiores intendunt arcus: nec corneos, ut Scythæ & totus ferè oriens, ſed ex Taxo, aliaūe durio re materia, comitātur bellica tormēta exercitū, curribus uehuntur, magis ordine quàm agminibus dimicāt, maiore ferocia quam arte, quanquàm hanc quoq; in adminiſtrando bello haud negligant. Atallos uocant caduceatores, hi belli pacisq; nuncij colunt regē incredibili affectu. Multa religio in templis, in religione ſanctitas ſacrorum antiſtitum maieſtas, in clero dignitas & ueneratio multa, frequens in cæremonia cātus: & ob eā rem Muſicæ ſtudium his propèmodū peculiare. in ueſtitu & calceatu, uel noſtra memoria uariatū. me puero (inquit Sabellicus) gallicæ gentis aulici omnes citra clerum amiciebantur manicato ſagulo, uix dimidias nates tegente, in multas ſcutulas ab imo ad ſummum complicato puluinatoq; circa humeros. Calcei anteriore parte in tenue cornu protenti ſemipedalis lōgitudinis, qualis nunc ſpecies uiſitur in gentilibus auleis, tegmē capitis, id Biretum dicunt, oblongum, ac ueluti in conum exiens. At nunc omnia mutata, Calcei à fronte uehemēter expanſi in modū

Recētes Gallorum mores.

Artibus liberalibus Frāci ſtudent.

Bellica Gallorum uirtus.

Frācorum religio.

Muſicæ ſtudiū Gallis peculiare.

Veſtitus Frācorum.

urſini pedis,retrò caſtigatior forma,ac uix calcanei capax.laxior ueſtitus ac multo demißior quàm anteà, ad media ferè crura deſcendens,laxis manicis ab una parte deſectis,tenijs uerſicoloribus tectis & ex obliquo cãcellatim ſago aſſutis.Laxus pileus ac plurimum punicei coloris,ſed Biretum multo laxius,male capiti cohærens,ut nihil ſit aliòqui ipſa gente cultius.Cepit his paucis annis noſtrorum hominum animos incredibile ſtudium eius cultus imitandi,atque adeò mos inualuit,ut tota ferè italia Gallico ſpectaretur habitu,manifeſto præſagio eorum quæ poſteà ſecuta ſunt.Mulieris habitus nihil ferè mutatus.Et Galliam Baptiſta Mantuanus in Dionyſio ſuo libro ſecundo metrice ſic deſcribit:

Italia in Gallico habitu delectata.

Gallia terreni pars eſt non infima mundi,
Sed longe lateq; patens,Hiſpanica tangit
Oppida ab occaſu,ſeſe coniungit ab ortu
Italiæ:noſtro hinc pelago quà reſpicit auſtrum,
Clauditur Oceano geminas quà reſpicit urſas,
Vnde uenit Boreas hybernaq; frigora ſurgunt,
Et uada Theutonici tangit uaſtiſsima Rheni.
Terra hominum frugumq; ferax,armenta,gregesq;
Vberibus paſcens glebis,non languida cœlo
Tabifico:non mortiferis infeſta uenenis,
Vt Libyæ:non perpetuis adoperta pruinis,
Sicut hyperborei montes:non torrida ab æſtu,
Qui faciat ſteriles,ut decolor India,campos.
Non etiam noctis pallens ſemeſtribus umbris,
Quale ſub arcturo poſitum mare,& ultima Thile:
Sed nec ut Aegyptus,qua fuſa paluſtribus undis,
Sed cœlo & teneræ fœcunda uligine terræ.

Et paulo poſt:

Ignea mens Gallis & lactea corpora: nomen
A candore datum populis: muliebria pingit
Ora color tyrius: Paphium meditata decorem
Ex geminis fecit natura coloribus unum:
Læti, alacres, luſu, choreis & carmine gaudent:
In uenerem proni, proni in conuiuia, proni
Ante dapes ad ſacra Deum: ſeruire iugumq́;
Ferre negant: fugiunt figmenta & hypocriſin, ore
Liberi, ut ingenuis mos eſt, tetricosq; peroſi:
Venatu, aucupio, campos, montana, lacusq;,
Solicitant: bellandi uſu lætantur, equorum
Terga fatigantes: loricæ haſtilia & arcus
Deliciæ genti: ſub dio ad ſydera ſomnum
Carpere: fuſcari ſole & ferrugine pulchrum eſt,
Puluere conſpergi, grauibus ſudare ſub armis,
Pro patria, pro cognatis, pro regibus ire
In pugnam & gladios, & morti occumbere dulce eſt. Aegoceros. id eſt, capricornu Frācis dominatur.
Aegoceros genti dominans: ſi credimus aſtris
Si damus hoc cœlo arbitrium: cito mobile pectus
Cordaq; largitus, rerum ſitibunda nouarum.

Non incōueniens alienumq́; ab inſtituto uidetur huc præcipuum regiæ Frācorum ornamentum Parlamētū ponere. quis illud à principio inſtituerit, aut unde originem habeat, à ſcriptoribus aliud non traditur, quàm ut ſupra ſignificaui à Druidibus receptum, aut longo tēpore ad noſtram uſq; ætatē obſeruatū credere eſt. Nā & illud, quemadmodum Druidum concilium, Carnuto quotannis tempore & loco, quē Rex deſignaſſet habebatur, hoc modo: Conueniebant ex cunctis prouinciæ Parlamēti initium. Druidū concilium.

ciuitatibus uiri conſuetudinum & iudiciorum periti, ad idq; anteà munus delecti, qui ius cuiq; per prouocationem diſceptanti dicerent. Sed quia uaga eſſet incertaq; inſtitutio, decreta Pariſius curia & ſedes eſt: ſuntq; ad eã iudices deſignati q ibi conſiſtẽtes perpetui prouocationũ definitores eſſent: Illorũ octoginta numero ſunt, annua ſtipendia ex fiſco regio percipiunt. In curias quatuor diuiſi ſunt, ſeorſumq; ſinguli ſedẽt, & ſuos præſidentes habent. In prima, quã ipſi Cameram uocant, præſidentes quatuor ſedent, Conſiliarij triginta: hi contẽtiones & cauſas audiunt, dilationes & quæ ad iuris cognitionem attinẽt conſtituunt, leuiora quædam & temporanea definiẽtes. In ſecũda uerò & tertia cameris æquati ſedẽt tam in hac quàm in illa xviij. Hi Enqueſtrarum, id eſt, inquiſitionum conſiliarij dicuntur, quòd inquiſitionibus præſint, ex clero & laicis cõſtituti: præſidẽtes utrique quatuor habent, ſententias dicunt, quas cõſtitutis diebus præſidẽtium unus primæ curiæ pronunciat: idq; Arreſtum, id eſt, ratum & fixum uocãt: quòd ab eo prouocari nemini liceat: qui ibi reus iudicatus fuerit lx. librarum thuronenſium precium perſoluere curijs debet, & quãdoq; magis: nam ſi cauſam ſuam non ſatis intellectam aut diſcuſſam exiſtimaret, & ob hoc ſibi iniuriam factam, reuoluendæ in iudicium cauſæ ſuæ ipſe poteſtatem habet: uerum non prius auditur, quàm duplicatam dictæ pecuniæ ſummã depoſuerit. Quarta curia eorum eſt, quos Requeſtarum, id eſt, ſupplicationum & palatij magiſtros appellant: ab illis eorum cauſa tantum agitur qui regijs obſequijs deputati ſunt, aut priuilegio donati: ne ab alijs curijs infeſtẽtur, huius curiæ iudi-

Curia parlamẽti Pariſius decreta.

Curiæ Parlamẽti .4.

ces ſex tantum ſunt: & ab eis prouocare ad parlamentū licet. In decidendis cauſis cum nodus aliquis, hoc eſt, magna difficultas offertur, hæc omnium curiarum conſiliarijs cōgregatis diſcutitur: quod etiā fit in his quæ Rex de republica ſtatuit, huius enim ſenatus decreto omnia æduntur. Habet & Parlamētum cōiudices, dum adſunt Frāciæ pares, & alij ſupplicationum magiſtri familiares regis comites, qui poſt primæ curiæ præſides primi ſedēt. Illis enim cum Frāciæ paribus regaliū & parium cauſæ diffiniendæ cōmittuntur. Sunt autē Frāciæ pares ex omni nobilitate duodecim ſelecti Remēſis, Laudunenſis, Lingonenſis, Epiſcopi Duces: Bellouacenſis, Nouionenſis, Catalaunenſis, Epiſcopi Comites uocati: Ex ſæcularibus etiam ſex, Burgundus, Normādus, Aquitanicus, principes Duces: Flādrenſis, Tholoſanus, & Campanus principes Comites. Illos duodecim, ut refert Rhobertus, Carolus magnus primum inſtituit, & ſecum in militiam ductos pares appellauit, quia æquali inter ſe dignitate regi aſtarēt, nec cuiuſquam quàm ſenatus Parlamēti iudicio obtemperarent, coronandoq́; regi adeſſent. Et hi fuerunt & ſunt hodie Gallorum ſiue Frācorum mores, talesq́; eorum decantati ritus.

Frāciæ pares xij. numero.

Pariū Franciæ dignitas

De Hiſpania & moribus Hiſpanorum.

CAPVT XXIIII.

Hiſpaniá maxima Europæ regio, inter Aphricā & Galliā iacēs, oceani freto & Pyrrheneis motibus clauditur, terris optimis cōparāda: nullis poſt habēda frugū copia, ſiue ſoli ubertatē, ſiue uinea

Hiſpaniæ laudes.

rum prouectus reſpicere, ſiue arborarios uelis: omniũ materia affluit, quæcũq; aut pretio cara eſſe poßit, aut uſu neceſſaria, adeò, ut non ipſis incolis tantum, uerumetiã Italiæ urbiq; Romæ cunctarum rerum abundantiam ſufficiat. Argentum, gemmas, & aurum, ſi requiras, habet: ferrarijs nunquàm deficit, nec cedit uitibus, uincit oleis: nihil ocioſum in ea, nihil ſterile, non eoquunt ibi ſales, ſed offodiũt. Non uiolẽto ſole torretur, ut Aphrica, neq; aßiduis uentis, ut Gallia fatigatur: ſalubritas cœli per omnem regionẽ æqualis, nulla paludum graui nebula inficitur, ſed marina aura perflatur: lini ſpartiq; in ea uis ingẽs: minij certè nulla feracior terra. Curſus amniũ non torrẽtes, rapidiq;, ut noceãt, ſed lenes & uineis cãpiſq; irrigui æſtuarijſq; oceani affatim piſcoſi. In nulla tamẽ re magis olim cõmendata eſt, quàm equorũ pernicitate, quos ibi a uẽto concipi memoriæ proditum eſt.

Diuitiæ Hiſpaniæ.

Cœli ſalubritas.

Amniũ curſus

Ab equorũ pernicitate Hiſpania cõmedatur

Hiſpaniæ dimenſio.

A motibus Pyreneis incipit, & per columnas Herculis circuiens uſq; in Borealem oceanum protenditur, ita ut omnia in eo circuitu ad Hiſpaniam ſpectent. decc millibus ſtadijs, ut Apianus ſcribit, eius latitudo cõmenſuratur: longitudo prorſus eadem eſſe uidetur: ab una tantũ parte ſcilicet Pyrenei mõtis dorſo Galliæ adhæret, à reliquis omnibus mari cingitur. Tribus diſtincta nominibus eſt: nã pars Tarracõẽſis dicitur, pars Bethica, & pars Luſitania: Tarracõẽſis in qua ciuitates clariſſimæ Pallãtia, Numãtia, quæ hodie Soria dicitur fuere: altero capite Gallias, altero Bethicã Luſitaniãq; cõtingens, mari latera obijcit, mediterraneo quà meridiem, quà ſeptẽtrionẽ ſpectat oceano. Alias uerò duas fluuius Anas ſeparat, ita quòd Bethica, & in q̃ urbes claræ Iſpa*

Diuiſio Hiſpaniæ.

Tarraconenſis & eius fines.

Bethica.

is & Corduba fuere, maria utraq; proſpiciat: ad occi-
dẽtem Atlanticum, ad meridiem Mediterraneum. Luſi- Luſitania.
tania oceano tãtũmodo obiecta eſt, latere ad ſeptẽtrio-
nes, fronte ad occaſum uerſa: in ea ciuitas Emerita quõ- Iberia.
dam clariſſima fuit. Hæc regio primo Iberia ab Ibero flu Heſperia.
uio, poſteà ab Heſpero Atlantis fratre Heſperia dicta
eſt, ultimo ab Hiſpali quæ hodie Sibilia uocatur Hiſpa- Hiſpania vnde appellata.
nia. Corpus hominum ad inediam laboremq;, animi ad
mortem parati, dura omnibus et ſtricta parſimonia, bel-
lum quàm ocium malunt: ſi extraneus deeſt, domi hoſtẽ Gẽtis cõditio.
quærunt. Sæpe tormentis pro ſilentio rerum creditarũ
immortui, adeò illis fortior taciturnitatis cura, quàm ui-
tæ. uelocitas genti pernix: inquies animus plurimis, mili-
tares æqui & arma ſanguine ipſorum chariora. Nullus
niſi feſtis diebus epularum apparatus, aqua calida laua
ri poſt ſecundum punicum bellum à Romanis didicere.
In tãta ſeculorum ſerie nullus illis dux magnus præter
Viriatum, qui annos decem Romanos uaria uictoria fa- Fœminę agros
tigauit. Fœminæ res domeſticas agrorumq; culturas ad- & rẽ domeſticã
miniſtrant: ipſi armis & rapinis inſeruiunt: breui utun- curant.
tur ueſte ac nigra lanam habente ſimilem caprarum pi-
lis. Peltas in bello paruas ex neruis cõfectas, quibus tega Veſtitus Hiſpanorum.
tur corpus, habent: his in bello ea agilitate utuntur, ut Armatura Hiſpanorum.
& ictus & ſagittas euitẽt: iaculis ferreis hamatisq; utũ
tur, galeas ferunt æreas criſtatis palmis, gladios ex fer-
ro puro ad palmi menſuram, quibus in conferta utũtur
pugna. Ferrum ſuo more ad conficienda arma prepa-
rant. Nam ferreas laminas in terram abſcondentes, ibi Ferrum gladijs
tamdiu eſſe ſinunt quoad debiliori parte ferrugine ab- conficiẽdis vti-
ſumpta ualidior ſuperſit: ex eo tũ enſes fortiſſimos tum lißimum.

Hiſpanorũ bellica virtus. *cætera ad belli uſum arma neceſſaria cõponunt;hoc pa*
cto fabricata, adeò cædunt omnia, ut neq; ſcutũ, neq; ga
lea, neq; aliud quid eis obſiſtat. duobus gladijs fulti, cum
equeſtri certamine ſuperiores euaſerint, ex equis deſi-
liũt & pedeſtrẽ adiuuãt pugnã. Iaculis lõge iaciunt &
ſumma arte: in acie diutius perſeuerant: mobili corpore
leuiq;, ut facile fugiãt hoſtẽ & inſequãtur. Bella ad nu-
Cãtãtes pugnã ingrediunt Hiſpani. *merũ aggrediũtur, hoſti obuiãt cãtãdo. In pace choreas*
leui ſaltu exercẽt, cum quadam crurum agilitate. Erga
nepharios homines atq; hoſtes crudeles ſunt, cũ aduenis
humani atq; hoſpitales. Aduenićtes enim externos ho-
Hoſpitales ſũt Hiſpani. *ſpitio benigne recipiũt. adeò ut æmulatiõe quadã inuicẽ*
pro illorum honore certẽt. Quos aduenæ ſequũtur, hos
laudant, amicosq; deorum putãt. Mulieres ferrea moni-
lia collo geſtant ſupra uerticem coruos incuruos haben
tia, & ante frontem longius incumbentes, ad quos, cum
uelint uelum attrahunt, ut extentum faciei umbraculum
præbeat, idq; ipſæ pro maximo ducũt ornamẽto. Qua-
dã itẽ in parte tympanulum circũducitur ad poſterio-
Nota morẽ admirandum. *resq; ĩ occipite neruos capiti uſq; ad auriculas adſtrictũ*
in altũ latũq; paulatim ſupinatur. Aliæ ſynciput expila
tum enudant, adeò ut amplius quàm frons ipſa pateat.
Aliquæ impoſitũ ad pedis menſuram in ſublime ſtylum
Victus. *erigunt, cui cæſariẽ circũtexunt, deindeq; pileo nigran*
ti exornant. Carnibus uarijs affluenter ueſcuntur. Potũ
ex melle conficiunt, eius copiam præbente affatim pa-
tria. Vinum emptum bibunt, mercatorum opera adue-
ctum. Mirabilis apud eos hæc obſeruatur conſuetudo
Lotio Hiſpani corpus curant. *quòd licet in uictus munditia elegantes exiſtant, una in*
re tamen iſta immundi uidentur, & ſpurcitie pleni, nam

niuerſum corpus lauant urina, denteſq; fricant, hanc ptimam corporis curam exiſtimãtes. Fuit olim tota Hi pania terra(ut nihil obmittatur quod ad regiõis cogni ionem attinere cognoſcitur)diuiſa in ulteriorem & ci eriorem Hiſpanias. Citerior eadem quæ Tarraconẽſis d Pyrenea uſq; iuga protenditur. Vlterior in duas per ongitudinem prouincias diuiditur, in Bethicam & Lu itaniam. Superioribus annis Hiſpania in regna quinq; iuiſa eſt, in Caſtellæ Regnum, Aragonum, Portugalen e, Nauarræ & Granatæ.

Hiſpania biſa riam diuiſa.

Regna Hiſpa niæ quinq;.

De Luſitania & uetuſtis Luſitanorum moribus.

CAPVT XXV.

LVſitania ulterioris Hiſpaniæ pars, quæ hodie Portugallia appellatur, Bethicã à meridie, Tarraconẽſem ab ortu, ab occaſu et ſeptẽtriõe oceanũ abẽs dicta, ut Plinius ſcribit, à Luſo liberi patris ac Ly a cũ eo bacchãte. Sunt Luſitani Hiſpanorũ fortiſsimi, crutatores inſidioſi, ueloces, agiles, atq; uerſatiles. Scutis luum pedũ latitudine utuntur curuis ad anteriora pro pectantibus, quibus neq; fibula neq; anſa ulla eſt, his in bello ea agilitate utuntur, ut & ictus & ſagittas euitẽt. Gladiolus aut pugio lateri adhæret. Plurimi lineos Tho races habẽt, perpauci loricis utuntur, aut criſtatis caſsi dibus, nõnulli neruatis galeis. Iaculũ lõgè iaciũt, et ſum ma arte: in acie diutius perſeuerant, mobili corpore le uiq;, ut facile & fugiant hoſtem, & inſequantur. Pediti bus ocreæ adſunt. unuſquiſq; plura fert iacula. quidam utũtur et haſtilibus, cuſpides ſunt æreæ. Aliquos Durio

Luſitania Portugallia.

Bellica Luſitanorũ virtus.

Spartano ritu Luſitani viuūt

amni uicinos Spartano *ritu degere tradunt,duobus uti*
tur unguentis,ad calefaciendumq; ignitis utūtur lapidi
bus,& frigida lauantur . Vnicus *illis eſt cibus mundus*
quidem & ſimplex.Sacrificijs dediti exta proſpiciunt,
nihilq; concidunt,inſpectant & lateris fibras & cōtre

Vaticinādi varij ritus.

*ctantes uētura coniectant.*Ex *inteſtinis quoq; hominum*
maxime captiuorum diuinationes captāt,ſagis uelātes
Inde ubi plaga infigitur ab inteſtinis ſub aruſpice pri
mum ad hominis caſum uaticinantur,abſciſſas captiuo
*rum dextras dijs offerunt.*Omnes *montium habitatores*
uictu ſimplici utuntur,aquarum potores , humi cubito
*res.*Longas *ut fœminæ inferius diffundunt comas.mitra*
tis frontibus pugnas ineunt . Hirco *maxime ueſcuntur*
quem & Marti *immolant,ſicut & captiuos & equos.*

Oia cētena immolāt luſitani.

Faciunt *etiam* Hecatombas,*id eſt,centenario numero ſa*
crificia quolibet ex genere,ritu Græcanico*:et, ut ī quit*
Pindarus,*omnia centena immolant.* Gymnica *etiam cō*
*ficiunt certamina.*Armis *exercent ludos, & æquis, &*
cæſtibus,& curſibus & tumultuaria pugna,& inſtru
*cto per cohortes prælio.*Mōtani *homines duabus anni*

Glāde veſcunt mōtani Luſitaniæ.

partibus querna ueſcuntur glande, quam cum ſiccaue
rint,frangunt,molunt,panes conficiunt, & ad tempus
*reponūt.*Hordeaceo *utūtur uino, nam uitis inopia ſum*
*ma laborāt.idq; ita confectum eueſtigio abſumunt.*Con
uiuia inter conſanguineos celebrantes,pro oleo butyrū
uſurpant,ſedētes cœnitāt ædificatos in parietate hemici
*clos habētes.*Primus *cedendi locus cœnātibus in orbē*

Inter potandū choreas ducūt Luſitani.

*ætati præſtatur & honori.*Inter *potandum ducto ad ti*
biam uel tubam choro ſaltant inflexis exultantes pollici
*bus,*In Baſteranis *mulieres inuicem manibus promiſcue*

innectuntur. Omnes ferè pullis amicti ueſtibus, & ſagis. in quibus inuoluti per ſtramenta cubant. Terrea illis ut Gallis in uſu ſunt uaſa. Mulieres in roſeis degunt ornamentis. Numerorum loco graui admodum ſarcinarum permutatiõe utuntur: uel extenſi argenti laminæ fruſtũ abſciſſum exhibent. Deſtinatos neci lapidibus obruunt. Parricidas extra montium confinia uel ultra flumina eiectos ſaxis opprimunt. Cõiugia de more Græcorum contrahunt. Aegrotos uetuſto ritu Aegyptiorum in plateis deponunt, ut qui eo morbi genere tentati ſunt cõmonefacere eos ualeant. Hic eſt mõtanis uiuẽdi ritus quẽ commemoraui, eis inquam, qui boreale Hiſpaniæ latus terminant. Memoriæ proditum eſt, Cantabros, qui extrema Luſitaniæ ſeruant, cum in hoſtium poteſtatẽ perueniũt & deinde cruci affixi, lætitiæ peana canere. Viros uxoribus dotes tradere, & filias hæredes deſignari, à quibus fratres earum uxoribus exhibẽtur, tãtáq; feritate eſſe, ut matres filios, ne in hoſtium manus perueniant, trucidare, & illud etiam filios parentibus facere. Cuidam deo ſacra faciũt, cuius nomen non extat. Rotunda luna tẽpore nocturno ante fores per omnes domos pernoctant choreas agitantes, uirorum & mulierum communis eſt utilitas. Rem ipſæ ruſticam exercent, Puerperæq; uiris miniſterium exhibent. Hiſpanum & illud eſt, ut de more toxicum apponatur, ex olere apio conſimili conficiunt, nullum afferens dolorẽ ut ſi quid offeratur inuiti, in promptu illud habeant. Eorundem & illud eſt ut ſeſe pro ijs, quibus cõciliẽtur immolent, & pro eis morti ſe deuouent.

Parricidarum pœnæ.

Curãdi ægrotos mos ægyptiacus.

Cãtabrorum mores

Cantabrorum ferocitas

Religio.

Toxicũ ſemper in prõptu.

De anglia, Scotia, Hibernia, aliiſq; multis inſulis & Inſulanorũ moribus.

CAPVT XXVI.

Anglia quõdã Britannia

Albion

Troes in Anglia

Saxones in Anglia

Anglia vnde appellata

Ambitus Angliæ

Noctes æſtatis lucidæ in Anglia

Venuſti ſunt Angli corpore

ANglia quæ & Britãnia ab eruditis dicitur, inſignis in Oceano Inſula triãgulari forma Siciliæ ſimilis. Hæc undiq; à circũfuſo mari complexa eſt nuſquàm iuncta continenti, ſed ab omni orbe nr̃o diuiſa, quæ & quondã ab albis rupibus, qui ad eam nauigãtibus primo apparẽt Albiõ dicebatur. Troes eã quãdoq; incoluerunt, qui Troia à Græcis uaſtata Palladis oraculo digreſſi claſſe in hãc Inſulã uenerũt, atq; Gigãtes tunc eã incolentes multis prælijs uictos expulerunt. Hos uerum & ipſos poſt multos annos Saxones illuſtris Germaniæ populus Anglæ reginæ auſpicio expulerũt, & agros opesq; Inſulanorũ inter ſe partientes, ut linguæ pariter & gentis memoria in deuicta Inſula ſempiterna foret ab Angla ductrice ſua terrã illã Angliã dixerunt: quamuis plæriq; ſic appellatam putent, quaſi noſtri orbis angulum. Galliæ & Hiſpaniæ ſeptẽtrionẽ uerſus opponitur, Ambitus quadrageſies octies & ſeptuaginta quinq; millibus paſſuũ conſtat: dies longiſſimus xvij. horarum deprehẽditur, & æſtate lucidæ ſunt noctes. Sũt Angli cæruleis oculis, facie adeò uenuſta & ſtatura procera, ut beatiſſimus Gregorius cũ fortè Anglorum pueros Romæ uideret. Bene inquit bñ Angli dicũtur, quia uultu nitẽt ut angeli, oportet illis miniſtrari iter ſalutis æternæ. In bello ſunt intrepidi, optimiq; ſagittarij. Fœminæ cãdore & forma inſigni. Vulgus ignobile ferũ & inhoſpitale: mitior nobilitas ac magis obuia

ad omne

ad omne humanitatis officiū, aperto capite, alteroq; genu flexo hoſpites ſalutāt: oſculantur etiam ſi mulier ſit, atque in cauponam ducūt, potantq; unà quod facere minime probro eſt, modo omnis laſciuia abſit. In bello non agri uiolantur, non urbes ſed ad internitionem alterius partis dimicatur. Omnia uictorem ſequuntur. Prouinciarum omnium prima Chriſtianam pietatem cōplexa eſt, pecoris & lanificij abundans, Lupos nō gignit, nec illatos nutrit. Idcircò uagum pecus & ſine cuſtode ſecurū. Eſt Anglia etiam metallis diues, Aurū habet, Argentū plumbum, & cuprū. Inſunt & Margaritæ, & Gagates lapis: qui ardet in aqua, & oleo extinguitur. Vinum non gignit tellus: ſed pro eo Ceruiſia in uſu eſt. Sūt et exotica uina. Vici & uillæ in Anglia plurimi ſunt, & urbes numero multæ. Lūdonia gentis caput regiaq; ſedes, quæ nunc corrupta uoce Londres, copia negociatorū celebris, & tales infra paucos annos Anglorū mores erant, Cæſaris uerò tempore alios tuebantur. Nefas tunc erat leporem, gallinam aut anſerem guſtare, alere tamē uoluptatis gratia. Mediterranei plæriq; lacte & carnibus ſine frumēti uſu, uictitabant, amiciebanturq; pellibus. Glaſto ora inficiebāt qui color eſt cæruleus, ut ī pugna horridiores eſſent, capillo promiſſo, præter caput cæterū corpus raſitare. Mulieres uno tēpore denis & amplius uiris matrimonio locari, habereq; eas fratres cum fratribus communes, parētes cum liberis, ac ſi qui ex his nati eſſent liberi habebātur. Strabo autor eſt, Anglos proceros homines ſupra Gallorum ſtaturam eſſe, capillo breuiore, in quo tamē cum Cæſare diſſentit. nemora undiq; obſepta, urbes illis fuiſſe & in his tuguria, ſub qbus &

Hoſpitalitas Anglorum

Lupos non gignit Anglia

Diuitię Anglię

Vina exotica, id eſt, aliunde aduecta

Lūdonia urbs regia

Antiq Anglorum mores

Glaſtum

Cōnubia uno tēpore multa

Manſiones

Cœlum in Anglia. *domini & armenta ſtabulabantur], pluuiũ ibi cœlum eſſe magis quàm niuale: cũ diſſerenaret, latè nebulam obtinere terram ut quatuor circiter horas meridianũ ſolem non aſpiciant.* Scotia. *Scotia ſuprema Angliæ pars eſt ad ſeptentrionem tenui freto ſiue fluuio ab inſula dirempta: nec procul inde* Hybernia. Hyrlandia. *Hybernia, Hyrlãdiã uulgus uocat. Indiſcreti inſulanorũ habitus, indiſcreta ferè oĩa, eadẽ lingua, ijdem mores, ſubita ingenia, & in ultionem prona, ferociaq́; in bello inſignis, ſobrij, & inediæ patiẽtiſſimi, eleganti forma, ſed cultu negligẽtiore.* Scoti unde nũcupati. *Scoti à pictura corporis nuncupati ut quidam arbitrãtur,* Quare corpora tinxerunt Britanni. *uetus & uulgare fuit pectus brachia manus encauſto figurare: quod in paucis hodie ſeruatur: atq; iiſdem ſylueſtribus, ueteres ſcriptores, Britãnorum fuiſſe aiunt, quum in pugnam ituri eſſent, corpora ſibi tingere, ad terrorem ut credere par eſt. Inuidi natura, ac cæterorum mortalium contemptores. Oſtentant plus nimio nobilitatẽ ſuam, ut in ſumma etiam egeſtate ſuum genus referant ad regiam ſtirpem. Gaudent mẽdacio, nec pacem colunt ut cæteri Angli.* Dies brumales trium horarũ in Scotia. *Scribit Pius pontifex dies ibi brumales triũ ferme horarum eſſe. cæterum & illud mirabile in ea gente obſeruaſſe, Mendicantes circa diuorum templa lapides in eleemoſynã à prætereuntibus congerere, quibus ad uſum ignis uterentur. Caret lignis ea regio, lapis qui datur ſulphurea eſt materia aut certe pinguis. Refert quoque Aeneas inueſtigatam à ſe ibi arborem eſſe, ſed nõ repertam,* Inſulæ quædã mirabilia. *cuius caduca folia in ſubiectum amnem prolapſa in uolucres uerti dicerentur, adijcit audiuiſſe poſteà à locorũ peritis id miraculi in Orchadum una ſpectari.*

De Hybernia & Gentis moribus. *Hibernia Inſula inter ſeptentrionem & occidentem*

ſolem dimidio minor quàm Britānia, cui propinqua eſt, ab hyberno tempore, ut quidam putant, appellata, adeò pabuloſa eſt ut ibi pecuaria (niſi æſtate à paſtibus arceantur) in periculū agat ſatietas. Nullum noxium animal gignit, non araneum, non ranam, nec alit aliūde inuectam: omnia noxia animalia alio aſportata ſolo pulueris iniectu necat. Apes in ea nō reperiuntur, mira cœli temperies, fertilitas inſignis. Gens tamē inhoſpita, inculta, crudelis. Sanguine interemptorum hauſto prius uictores uultus deturpant. Fas atque nefas eodem animo ducunt. Puerpera ſi quādo marem edidit primos cibos gladio imponit mariti, inq; os paruuli ſummo mucrone auſpicio alimentorum leniter infert, & gentilibus uotis optat, non aliter, quàm ſi in bello & inter arma mortem obeat. Qui cultui ſtudent, dentibus marinarum beluarum inſignium enſium capulos exornant, candicant enim ad eburneam claritatem. Viris præcipua gloria in armis eſt. Montium incolæ carne lacte & pomis uictitant, magis uenationi & ludis, quàm agreſtibus operibus dediti. Mare quod inter Hyberniā & Angliā interluit undoſum inquietū toto anno: non niſi æſtiuis pauculis diebus eſt nauigabile, nauigant autem uimineis alueis, quos circundant ambitione tergorum bubalorum. quantocūq; tempore curſus tenebit, nauigantes eſcis abſtinent: freti latitudinem in centū uiginti millia paſſuum diffundi, qui ſidem ad uerū ratiocinati ſunt æſtimarunt. Qui Sylluram inſulam tenent homines etiam nunc uetuſtum morem cuſtodiunt. Nundinas ac nummum refutāt, dant res & accipiunt, mutationibus neceſſaria potius quàm precijs parant. Deos percolunt, ſcientiā futurorū

Inſulæ vbertas.

Nullū noxium animal in Hybernia.

Hybernorum barbari mores.

Hybernis præcipua in armis gloria.

Syllura īſula.

Ebudes iſulæ. *pariter uiri & fœminæ oſtentant. Ebudum inſularum quarum quinque ſunt, incolæ fruges neſciunt, piſcibus tantum & lacte uiuunt.* Rex *unus eſt uniuerſis, nam quotquot ſunt, omnes anguſta interluuie diuiduntur.*

Omnia vniuerſorũ apud ebudes. Rex *nihil ſuum habet, omnia uniuerſorum: ad æquitatem certis legibus ſtringitur. ac, ne auaritia à uerò diuertatur diſcit paupertate iuſticiam, utpote, cui nihil ſit rei familiaris, è publico alitur.* Nulla *illi datur fœmina propria, ſed per uiciſsitudines in quamcunque commotus ſit uſuariam ſumit. unde ei nec uotum, nec ſpes conceditur*

Thyle iſularũ vltima. *liberorum. Thyle inſularum ultima, quæ circum* Britan*niam iacent eſt, in qua æſtiuo ſolſtitio ſole in* Cancri *ſy*

Nox nulla. *dus faciente tranſitum nox ferè nulla,* B*rumali ſolſtitio*

Dies nullus. *perinde nullus dies.* Pomorum *copia eſt, qui illic habitãt principio ueris inter pecudes pabulis uiuunt, deinde la*

Communiamatrimonia. *cte, in hyeme conſpergunt arborum fructus.* V*tuntur fœminis uulgò, certum matrimonium nullis.* Aliæ *quoq; exiſtunt inſulæ in* Mediterraneo *occidẽtem uerſus, quæ*

Gymneſiæ inſulæ. *à* Græcis G*ymneſiæ ab incolarum nuditate, qui æſtatis tempore abſque ueſtibus incedunt: ab accolis uerò ac*

Baleares iſulæ Romanis B*aleares, à fundæ iactu, quòd rectius quàm reliqui lapides iaciant, appellati.* H*arum media reliquis maior eſt, demptis ſeptem,* Sicilia, Sardinia, Cre*ta,* Eubœa, Cypro, Cyrno, Leſbo. Abeſt *ab* Iberia, *quæ* Hiſpania *eſt, diei unius nauigatione.* Minor *ad oriẽ*

Iberia hiſpãia *tem ſpectat, nutriens plurima omnis generis armenta, ſed mulos præcipuè, qui & magni ſunt & ſonora uoce.* V*traque inſula fertilis ac fructifera eſt, referta habitatoribus, ut qui triginta hominum millia excedant.* Ad *uini potum, quod raro apud eos eſt, ſunt promptiores.*

Oleo omnino carent, ideo ex Lentiſco et procidipe mixtis ungũt corpora. Mulieres adeò præ cæteris appetũt ut mulierem à prædõibus captam tribus aut quatuor redimãt uiris. Habitant in ſaxis concauis, iuxtaq́; præcipites petras. Effoßis cuniculis ad corporũ tegamẽta utũtur, & uitæ ſecuritatem. Aureo nummo aut argẽteo nõ ututur, quæ afferri ad inſulam prohibent: exiſtimant enim eo pacto, cum auro atq; argẽto careant, ſeſe facile omnes uitæ inſidias euaſuros. Hanc ob rem cũ olim cũ Carthaginenſibus militaſſent, ex ſtipendio impenſo mulieres ac uinum emptum ſecum tulere. Mirandum uerò quod in nuptijs de more ſeruant: in epulis enim quæ cum domeſticis amicisq́; in nuptijs fiunt: primus ſecundusq́; & deinceps ſecundũ ætatẽ reliqui nuptam cognoſcũt: ultimus ſpõſo locus ad uxorẽ datur: priuatim quid etiã, & à cæterorum moribus alienum in defunctorũ ſepulchris obſeruant. Lignis enim membra corporis inciſa in uas conijciunt ſupraq; ſaxa accumulant. Arma eis ſunt fundæ tres, una caput cingunt, altera uentrem, tertia in manibus geſtatur. In prælio lapides multo maiores quàm reliqui ita robuſtè iactant, ut ab aliquo tormento lapis miſſus uideatur. In urbium expugnatione lapidũ iactu eos quidem qui ſupra ex propugnaculis mœnia tuentur uulnerãt. In pugna uerò ſcuta galeas omneq; armorum genus confringunt: ita autem rectè lapides propellunt, ut raro effugiat ictũ appetitus locus, quod eis cõtinuus à pueritia uſus præbet, à matribus ad id certamẽ coactis. Imponũt enim ſupra erectũ lignũ panẽ, ſignũ quod iactu petant, neq; ante cibum capiant, quàm panẽ lapide eiectũ pro cibo ſumunt permiſſu matris. Nunc de inſula

Durus habitandi ritus.

Pecuniæ nullus vſus.

Nuptam ordine per ordinẽ cognoſcunt.

Sepulchra.

Arma inſulanorum.

Fundarũ vſus.

Iactus peritia.

De inſula a Iābolo reperta. Iamboli fortuna.

in oceano uerſus meridiē reperta, et quæ in ea præter fidem narrantur, deq; inuētionis cauſſa paucis ſunt explicanda. Iambolus à pueritia eruditus poſt patris, qui mercator fuit, obitum, & ipſe mercaturæ operā dedit, per Arabiam tranſiens ad aromata emenda, cum ſocijs itineris à latronibus captus primo cum uno ex conſeruis paſtor deputatus eſt, deinde unà cū eo à quibuſdam Aethiopibus cōprehēſus, ultraq; maritimā Aethiopiā ductus. Hi cum eſſent externi in expiationē eius regionis capti ſunt. Mos erat his qui ea loca īcolebāt Aethiopibus à priſcis tēporibus ex deorum reſponſo traditus, perq; progenies uiginti, annos uerò ſexcētos (progenies enim triginta perficitur annis) obſeruatus duobus hominibus expiationem facere. Habebant præparatum naui giolum ad ferēdas maris tempeſtates aptū, & quod duo uiri facile regere poſſent. In id ſex menſium uictu, quod ſatis eſſet ambobus impoſito, uiros inducētes mādabant: ut ſecundū oraculi reſponſa nauiculam uerſus meridiem dirigerent, uēturos eos ad inſulam eſſe felicem & humanos homines, qui beatè uiuerent. Eodem modo & eorū patriam, ſi ipſi in inſulam ſalui perueniſſent, ſexcentis annis in pace felicitateq; futurā. Sin uerò lōgitudine maris territi curſum retro uerterent, tanquàm impios ac ſceleſtos omni eorū genti magnarū calamitatū cauſſam

Aethiopū maritimorum expiatio. Inſulæ deſcriptio.

præbituros. Aethiopes uerò aiūt dies agere iuxta mare feſtos, ſacraq; facere optātes, quo ſolita fiat expiatio, proſperum nauigantium curſum. Hi poſt quatuor menſiū nauigationem multis acti tempeſtatibus, ad inſulam deferuntur figura rotūdam ſtadiorum ambitu quinq; milliū: inſulæ appropinquantibus, accolæ quidā obuij ſcapham

deducunt, alij accurrentes mirantur alienigenarum ad uentum, eos humaniter benigneq; ſuſcipiunt, quæ apud ſe erant illis communicantes. Sunt eius inſulæ homines corpore ac moribus haud noſtris ſimiles, eadē tamē cor poris forma, ſed quæ magnitudine quatuor cubitos exce dat, horum oſſa ueluti nerui quo uelis flectuntur reflectunturq;. Corpore ſunt pluſquàm nos, agili ac robuſto. Nam ſi quid manibus ceperint, nemo eripere ex digitis poteſt: pilis corporis adeò perpolita, ut ne parua quidē lanugo appareat. Pulchri ſunt decori & corpore compoſito. Aurium foramina multo noſtris patentiora, quē admodum & lingua à nobis differunt. Habet enim eorum lingua priuatim quid, tum à natura, tum ab ingenio datum, diuiſam enim linguam natura dedit, qua ſcinditur in inferiori parte, ut ab radice duplex eſſe uideatur. Ita uaria utuntur loquela, ut non ſolum uoce hominum loquantur, ſed auium diuerſarum imitantur cantus. Et quod admirabilius uidetur unà cum duobus hominibus perfecte ſimul reſpondendo, tum diſputando loquuntur: una enim linguæ parte uni loquitur, reliqua alteri. Purum ibi eſſe integro anno aërem conſtat, quēadmodum Poëta ſcribit, Pyrum ſupra pyrum, malū ſupra malum, uuam ſupra uitem ſeneſcere: eſſe inſuper tradunt continuo diem parem nocti. Circa meridiem nullam fieri rei alicuius umbram, cum ſupra uerticem ſol exiſtat. Viuunt autem ſecundum cognationes ac cœtus, qui tamen quadringentos non excedant. Habitāt in pratis ferente abſque cultura ſponte ſua uberes fructus terra. Nam inſulæ uirtus aëriſq; temperies terram ſua ſponte frugiferam, ultra quàm ſatis eſt reddit. Naſcuntur

Hominū mirabilium deſcriptio.

Lingua duplex a natura hominibus.

Inſulæ ubertas

Terra abſq; cultura frugifera.

apud eos arũdines plurimæ ferentes uberem fructum albo eruo perſimilem:hos collectos ſpargũt aqua calida, quoad auctus ouis colũbæ magnitudinem æquat,ex his poſtmodum contritis panem conficiunt dulcedine præſtantem.Sunt etiam in ea aquarum fontes permagni,ex quibus partim aquæ calidæ ad uſum balneorum,ad curandosq; morbos manant partim ſumma dulcedine frigidæ,quæ ad ualitudinẽ conferunt.Eſt quoque omnium doctrinarum maximeq; aſtrologiæ apud eos cura.Vtuntur literis quas habent uiginti & octo ſecundum uirtutem ſignificandi,characteres uerò ſeptem,quarum quælibet quatuor interpretatur modis.Lõgiſsimæ ſunt ætatis,ut qui annis centum quinquaginta uitam agant,& abſque aliquo(ut plurimum)morbo.Si quis febricitat, aut corpore æger fuerit,mori ſtatuta lege compellunt. Non ſcribunt per latus,ut nos,ſed à ſuperiori parte recta linea ad inferiorem.Mos eſt eis ad certam uſq; ætatem uiuere,qua perfecta,uariam ſibi mortem ſponte cõſtituũt.Gemina eſt apud eos herba,ſupra quam ſi quis iacet in ſuauem deductus ſomnum moritur.Mulieres minime nubunt,ſed omnibus ſunt communes. ſimili modo & filij educantur,communiq; amore ſunt omnibus.Abducunt ſæpius à nutrientibus infantes ne matres filiũ recognoſcant.Quo fit,ut cum nulla ſit apud eos ambitio aut præcipua affectio, concordes abſque ſeditione uiuant.Eſſe inſuper ea in inſula animalia magnitudine quidem parua,ſed natura & ſanguinis uirtute admirabilia,corpore ſunt rotundo ac teſtudinibus ſimili duabus lineis inuicem per medium tranſuerſis,in quarum cuiuſlibet extremo ſit auris & oculus, ut quatuor oculis ui

Fõtes ſalubres

Doctrinarum cura

Literæ

Lõgæuitas

Aeger mori lege cõpellitur

Viuendi certa meta

Herbæ mortẽ inducentes

Matrimonia communia

Animalia admirabilia

deant, totidemq́; audiant auribus. Vnicis uẽtre atq; inteſtinis, in quæ comeſta confluũt. Pedes circum habent plures, quibus in utranq; partem ambulant. Huius beluæ ſanguis mirabili aſſeritur uirtute. Omne enim corpus conciſum dum ſpirat hoc tinctum ſanguine cohæret. Quiſq; cœtus nutrit magnas diuerſæ naturæ aues, quibus experiuntur quales filij ſint futuri, Impoſitis enim ſupra aues infantibus ſi uolãtes per aëra immoti non expaueſcant, educant. Si uerò timore ignauiáq; deficiunt, proijciuntur, ut neq; diutius uicturi & animi exercitio inutiles. Cuiuslibet cœtus ſenior alijs tãquàm rex cui parent omnes, imperat. Annis centum quinquaginta actis ſeipſum uita ex lege priuat. poſt eũ ſenior accipit principatum. Mare quo inſula circundatur fluctuoſum, & quod motus ingẽtes faciat, dulcis eſt aquæ guſtus. Arctus & pleræq; ſtellæ quæ nobis apparẽt minime ab illis cõſpiciũtur. Sũt & aliæ ſeptẽ inſulæ pari magnitudine paribusq; ferè interuallis diſtãtes, quæ eiuſdẽ gẽtis legisq; exiſtunt. Omnes eas incolentes, quamuis terra ſua ſponte abunde uictum ferat, his tamen modeſtè utũtur. Simplices enim cibos appetunt, nutrimentum quod ſatis eſt quærentes. Carnibus tum aſsis tum elixis ueſcuntur. Coquorum artem uarijsq; ſaporibus condita ut inutilia reijciunt. Deos & eum, qui omnia continet, ſolemq; & reliqua cœleſtia colunt. Piſces auesq; uarij generis capiunt. Naſcuntur ibi ſua ſpõte arbores fructiferæ. Oleæ & uites, ex quibus olei & uini copiam educunt. Serpẽtes magnos ſed innocuos inſula producit, quorum carnes miræ dulcedinis edunt. Veſtes parant ex lanugine molli ac ſplendida ex medio arundinum ſumpta, qua

Sãguis medicinæ utiliſſimus

Senior cuiuslibet cœtus rex

Aliæ inſulæ ſeptem

Victus Inſulanorum

Religio

Serpẽtes innocui & eſui apti

maritimis tincta oſtreis ueſtimenta purpurea conficiū-tur. Varia exiſtunt animantia, ut quia propter opinionē haud facile credita. Certum uiuendi ordinem ſeruant, unico cibo dietim contenti. Nam certo die piſces: alio aues, quandoq; terreſtria animalia edunt, oleo aliquan-do ſimpliciq; menſa utuntur. Diuerſis ſunt exercitijs de-diti, quidam inuicem miniſtrant, alij piſcantur, alij exer-cent artes, nonnulli circa alias res uſui cōmodas occupā-tur. quidā exceptis ſenibus partitis inuicem operis ſer-uitio uacāt. In ſacris ac diebus feſtis hymnos in deorum & maxime Solis, laudes canunt, cui ſe & inſulas dica-rūt. Mortuos in littore ſepeliunt, cadauer cū mare fluit arena obruētes, ut aquæ fluxu inundationeq; exaggere-tur locus. Calamos ex quibus fructum decerpūt augeri aiunt minuiq; ad lunæ modum. Fontium aqua dulcis ac ſana caliditatē ſeruat, niſi frigida aqua aut uinum immi-ſceatur. Iambolus & qui cū eo acceſſerat cum ſeptē an-nis in inſula manſiſſet, tandē inuiti eiecti ſunt, tanquàm mali, maliſq; moribus aſſueti. Igitur præparata rurſus ſcapha, cibiſq; impoſitis abſcedere coacti mēſibus qua-tuor ad Regē Indiæ peruenere, à quo poſteà ſaluo cōdu-ctu per Perſidem in Græciam dimiſſi ſunt.

Exercitia & ſtudia.

Sepulchra.

Aquæ mirabilis natura.

De Taprobana inſula & gentis eius moribus.

CAPVT XXVII.

Alexādri magni uirtus.

TAprobanen Inſulā antequàm temeritas humana exquiſito penitus mari fidē pāderet, diu orbē alterū putauerūt, & quidē eū quem habitare, Antipodes crederētur, uerū Alexandri magni uirtus igno

rantiā publici erroris non tulit ulterius permanere, ſed in hæc uſq; ſecreta ꝓpagauit nominis ſui gloriā. Miſſus igitur Oneſicritus præfectus claßis Macedoniæ, terrā iſtam quanta eſſet, quid gigneret, quo modo haberetur exploratā notitiæ noſtræ dedit, patet in lōgitudine ſtadiorum ſeptē millia, in latitudine quinq; millia, ſcinditur amne interfluo. Nam pars eius beſtijs & elephantis repleta eſt maioribus multo, quàm quos India: partē homines tenēt. Margaritis ſcatet et gēmis oībus, ſita eſt inter ortū et occaſum, ab eo mari īcipit quod pretiū Indiæ eſt. A Praſia Indorum gēte dierum uigintiquinq; primo in eā fuit curſus, ſed cū Papyraceis et Nili nauibus illò pergeretur, mox curſu nauiū noſtrarum ſeptē dierū iter factum eſt. Mare uadoſum interiacet altitudinis nō amplius ſenum paſſuum. Certis aūt canalibus adeò altum, adeoq; depreſſum, ut nullæ unquàm anchoræ ad ꝓfundi illius ima potuerint peruenire. Nulla in nauigādo ſyderum obſeruatio, utpotè ubi ſeptentriones nequaquàm aſpiciūtur, Vergiliæ nūquàm apparent, Lunam ab octaua in ſextamdecimam tantum ſupra terram uident. Lucet ibi Canopos ſydus clarū et ampliſsimū, Solē orientē à dextra habēt, occidentē à ſiniſtra habent. Sub Claudij adhuc principatu æs ſignatū ignorabant, Pecunia maxime ſtupuiſſe traduntur, quòd ſignata diſparibus foret uultibus, parē tamē haberet modum ponderis. Excedūt homines corporū magnitudine alios omnes, Crines fuſco imbuunt. Cæruleis oculis, atroci uiſu, terrifico ſono uocis, quibus immatura mors eſt. In annos centū æuum trahūt. Alijs oībus annoſa ætas, & penè ultra humanā extenta fragilitatem. Nulli aut per diem aut ante diem

Inſula ab Oneſicrito reperta.

Taprobanæ ambitus.

Mare vadoſum.

Canopos ſydus.

Taprobanæ homines.

ſomnus. Noctis partem quieti deſtinant, lucis ortũ uigi lia anteuertunt. Aedificia modice ab humo tollũt. Annona ſemp eodẽ tenore eſt, uites neſciũt, Pomis abũdãt. Colunt Herculẽ In regis electione non nobilitas præua let, ſed ſuffragiũ uniuerſorum, populus enim eligit ſpectatum moribus & inueteratæ clementiæ, & iã annis grauẽ. Sed hoc in eo quæritur cui liberi nulli ſint. Nam qui pater fuerit, etiã ſi uita ſpectatus eſt, nõ admittitur ad regẽdum, at ſi fortè dum regnat, pignus ſuſtulit, exuitur poteſtate. Idq; eo maxime cuſtoditur ne regnũ hæreditariũ fiat, deinde etiã ſi rex maximã præferat æquitatem, nolũt ei totũ licere. Quadragita rectores accipit, ne in cauſis capitũ ſolus iudicet, et ſic quoq; ſi diſplicuerit Iudicatũ ad populũ prouocatur. A quo datis Iudicibus ſeptuaginta, fertur ſentẽtia, cui neceſſario adquieſcitur. Cultu rex diſsimili à cæteris ueſtitur. Quòd ſi etiam ipſe in aliquo peccato argutus ſit, ac conuictus, morte multatur. Nõ tamẽ ut cuiuſq; attrectetur manu, ſed conſenſu publico rerũ omniũ interdicta ei facultate etiam colloquij ptãs punito denegatur. Culturæ ſtudẽt uniuerſi, uenatibus indulgẽt, nec plebeias agũt prædas, cũ Tygrides & Elephãti tãtũ requirãtur. Maria quoq; piſcationibus inquietãt, marinasq; teſtudines capere gaudẽt, quarũ tãta eſt magnitudo ut ſuperficies earum domũ faciat, & numeroſam familiam non arctè receptet. Maior pars Inſulæ huius calore ambuſta eſt, & in uaſtas deficit ſolitudines, latus eius mare alluit peruiridi colore, fructicoſum adeò, ut Iubæ arborũ plærũq; gubernaculis atterantur. Mirantur aurũ, & ad gratiam poculorum omnium gemmarũ adhibent apparatũ. Secant marmora

Rex ſuffragio creatur.

Rex liberis carere debet.

Iudiciorũ pulchra inſtitutio.

Rex peccans morte multat.

Gentis ſtudia.

Teſtudinũ marinarũ magnitudo.

teſtudinea uarietate, Margaritas legunt plurimas maximasq;. Et hæ ſunt gentes, hæ natiões, quarũ mores ritus & inſtituta ab hyſtoriographis ipſis paßim celebrata ſunt, & potißimum quæ potuerunt aliqua ſui excellentia & dignitate ad cognitionem noſtram peruenire, ꝑmultas adhuc eſſe fateor, quæ à me aut prætergreſſæ ſunt, aut partius attrectatæ, cũ de illis ſcribere nõ plura potui quàm inueni, ut qui apud eas nõ fui, nec cognoui, neq; qui omniũ conſcius eſſet (præter immortalẽ deum) dicere ſatis poſſe exiſtimaui. Ipſe enim ſolus eſt, qui nouit omnia, & ſolus qui poteſt, ipſe eſt, qui prima ipſius orbis fundamẽta in orbẽ cõiecit, & immẽſi maris aditũ & ſemitam mortalibus patefecit, quiq; uitæ huius cõmoditates omnes, diuitias, dignitates, honores præſtitit, quę ſydera diſcernens unicuiq;, quam uoluit, ſortem tradidit, quibuſdam enim ut terram colerent, atq; inde ſibi diuitias & opes compararẽt, alijs autem ut pelago acti, aut piſcarentur ſibi uictum, aut mercimonia commutarent. Alijs ut ſcientiæ & philoſophiæ ſtudijs ſe dederẽt, atq; inde honores aucuparentur & laudes. Multis etiã ut cæteris præeſſent, iuberent & Imperarent. Ideò non mirãdum, ſi homines uariam inter ſe, non ſolum fortunã, ſed etiã naturã mores & uiuendi ritus ſint conſecuti: quum uidemus regiones & loca eam quoq; uarietatẽ adepta, poſtquàm una quidẽ lacteos homines pariat, alia ſubalbidos, alia fuſcos, alia prorſus aduſtos, aut ſimiles multis floribus, quales Aſſyria generat. Sic enim ſtatuit deus, ut homines uarij quoq; ingenij, & multiformis animi ac induſtriæ, quemadmodum & cætera, naſcerẽtur, atq; ut unuſquiſq; ſua contentaretur ſorte.

Cõcluſio libri.

Excuſatio autoris.

Deus ſolus oĩa nouit & põt.

A deo cuiq; ſors ſua conceſſa.

Vnde morum diuerſitas.

ANDREAS PALEO-SPHYRA GVNDELFINGIVS LECTORI S.

A Marone licet Ithacus Vlyſſes ſcelerũ Inuẽtor, ab Homero Politropos, ab aliis technarũ architectos & uerſutiæ oĩs cõciliabulũ appelletur: attamen Sapiẽtiſſimus, peritiſſimus, atq; patiẽtiſſimus heroũ omniũ & prædicatur et habetur, ꝙ peregrè profectus externorum hominũ mores multorum cognouit & urbes, ab aduerſante nimiũ ſibi fortuna per Scillam atq; Carybdim actus, Syrtiũ Cyclopis Syrenũ & Circes moleſtias tulit. Quis ergo non uideat, quis non intelligat quàm decorũ, quamq; utile ſit ad tãti principis ueſtigia quàm remotiſſime peregrinari alienas terras inuiſere unde peculiaria gẽtium aliarũ ſtudia, mores, exercitia, linguæ, leges, dogmata ſacra & profana omnia, eſus, ueſtitus, ædificandi ratio, locorum ſitus cultusq;, & deniq; rerum naturæ omnium ediſcantur. Quoniã uerò propter impedimenta plæraq; ætate maxime noſtra omnibus hoc nõ cõceditur, ut

nō minus illa hæc in patrio ſinu quieſcē
do cognoſcerentur, elaborauit Boëmus
hic meus Literarum humanarum ſcien-
tiſſimus ex innumeris claſſicis ſcriptori
bus conſcriptum præſens opus. In quo
tres terræ partes, partiū regiōes, & loca,
locorum homines, hominū mores & ri-
tus memorabiliores explicantur omnes
tanta diligentia, tanta arte, quanta à ne-
mine ante eum unquàm prius pertracta-
ti dignoſcuntur: ex racematione diligēti
uindemiam, ex ſpicilegio meſſem fecit,
ſuccoſum non minus quàm iucundum,
nec iucundum minus, quàm utilem atq;
perneceſſariū librum, adeò, ut niſi quæ
in ipſo de homine prædicantur, ille, qui
humanitati ſtudet, cognouerit, magis in
ſtituto aberret ſuo quàm materiarius,
quem materiæ in qua laborat natura ſi-
ue conditio fugerit, Quare humanarum
rerum humane Lector eas hominum
res intuere, lege, atq; ubi quanta in
eis utilitas, quāta humanæ uitæ
inſtitutio ſit, experieris, gra
tias Boëmo noſtro age
immortales.

INDEX CAPITVM

trium librorum Ioannis Boẽmi de omnium Gentium moribus.

Præfatio *folio ſiue pagina ſexta.*

LIBER I. *De Origine hominis opinio Theologorum uera.* CAP. I. 15

De Origine hominis opinio Etnicorũ *falſa.* CAP.II. 18

De terræ ſitu & partitione. CAP. III. 20

De *Aethiopia et gẽtis eius priſcis moribus.* CA.IIII. 22

De *Aegypto & ritu gentis uetuſto.* CAP.V. 27

De *Pœnis & cæteris Aphricæ populis.* CAP.VI. 43

LIBER II. De *Aſia & celebrioribus eius gentibus.* CAP.I. 55

De *Panchaia & moribus Panchaiorum.* CAP.II. 59

De *Aſſyria Aſſyriorũq; uiuẽdi moribus.* CA. III. 61

De *Iudæa & Iudæorum uiuendi ritibus legibus ac inſtitutis.* CAP.IIII. 65

De *Media Medorumq; moribus.* CAP.V. 75

De *Parthia & Parthorũ uiuendi moribus.* CA.VI. 75

De *Perſia & Perſarum moribus ritibus & inſtitutis.* CAPVT VII. 78

De *India & Indorum prodigioſis ritibus moribusq; uiuendi.* CAP.VIII. 81

De *Scythia Scytharumq; feris moribus.* CAP.IX. 92

De *Tartaria, gentisq; Tartarorum moribus & potẽtia*

u

CAPVT X. 100
De turcia Turcarumq́; moribus, legibus & inſtitutis omnibus. CAP.XI. 114
De Chriſtianis, eorumq́; origine & ritibus. CAP. XII. 126

LIBER III. *De Europeis memorabilioribus gentibus.* CAP.I. De Europa 148
De Græcia & legibus a Solone Atheniẽſibus Græcorũ longe principibus ſancitis. CAP. II. 150
De Laconia & Laconum ſiue Lacedæmonum inſtitutis. CAP. III. 155
De Creta inſula, & cretenſium celebratis moribus. CAP. IIII. 164
De Thracia, thracumq́; feris moribus. CAP.V. 164
De Ruſia ſiue Ruthemia, & recentibus ruſianorũ moribus. CAP.VI. 171
De Lithuania Lithuanorumq́; uita. CA.VII. 175
De Liuonia, Pruſia & militibus marianis. C.VIII. 177
De Polonia, Polonorũq́; recẽtibus moribus. C. IX. 182
De Hungaria, Hungarorumq́; uiuendi inſtitutis. CAPVT X. 183
De Boẽmia & moribus Boẽmorum. CAP. xI. 187
De Germania, & inſtitutis eorũ plurimis. C. XII. 190
De ſaxonia Saxonũq́;, & priſcis & recentibus moribus. CAP. XIII. 206
De Vueſtualia & Iudicio Vueſtualis à magno Carolo commiſſo. CAP. XIIII. 210
De Frãconia & Franconorũ multis ritibus. CAPVT XV. 212

De Sueuia Sueuorũq́; moribus & priſcis & recentibus. CAPVT XVI. 221
De Bauaria & Carynthia, & earum priſcis legibus et moribus quibus hodie uiuunt. CAP. XVIII. 226
De Italia Italorum moribus Item de Rhomulo & eius ciuilibus inſtitutis. CAP. XIX. 239
De Liguria Ligurumq́; priſco uiuẽdi more. CAPVT XX. 261
De Tuſcia & gentis eius antiquis moribus. CAPVT XXI. 263
De Galatia Europea & Galatarũ priſcis moribus. CAPVT XXII. 264
De Gallia Gallorumq́; ueteribus & recẽtibus moribus. CAPVT XXIII. 271
De Hiſpania et moribus Hiſpanorũ. CA. XXIIII. 281
De Luſitania & uetuſtis Luſitanorum moribus. CAPVT XXV. 285
De Anglia, Scotia, Hybernia alijsq́; multis inſulis & inſulanorum moribus. CAP. XXVI. 288
De Taprobana Inſula & gentis eius moribus. CAP. XXVII. & ultimum 298

ANNOTATORVM in operis margine omnium Index & Tabula.

ABſq; ſceptro in publicum nemo prodit 62
Abſolutio peccatorum 140
Abſtemij ex lege ſunt Turcæ omnes 121
Acridophagi 50
Acerba lex 67
Adam ſingulis annis expiatur 209
Adoratio mutua, in uijs 29
Adrimachidæ 43
Ad uirtutem quid efficacius impellat 43
Adulterij pœna 37
Adulterij pœna 56
Adulterij pœna 69
Adulteri deprehenſi occiduntur 108
Adulterij pœna apud Turcas 124
Adulterij pœna apud Athenienſes 192
Adulterij pœna apud Germanos 197
Aegypti fœcunditas 18
Aegyptus delta 28
Aegyptij ab æthiopibus 28
Aegrotantes interimuntur & comeduntur 86
Aerarium publicum conſtitutum 253
Aes nullum in uſu 179
Aetas in choros tres diuiſa 159
Aetatis mira reuerentia 286
Aethiopes omnium mortalium primi 23
Aethiopia duplex 22
Aethiopia quædam hodie India appellatur 22
Agathirſi excultiſsimi Scytharum 98
Agiloſingi bauarorum duces 230
Ager circa templum dijs ſacer 61
Agraria lex 67
Agricolarum miſera conditio 205
Agrariæ leges 233
Agrorum in ſingulos diuiſio

159.& 244
Albus color lugubris fœminis, niger lugubris in uiris 257
Alemania 191.& 221
Aleæ ſtudioſi germani 198
Alternatim cãtatur ĩ tẽplis 131
Amazones bellicoſæ mulieres 54
Amaſis fluuius 210
Amictus ex papyro 88
Anglia 288
Animãtiũ naturalis creatio 18
Animalium uariorum portẽto ſus cultus 39
Animas in alia corpora migrare de anima opiniones eſſeorum 73
Anulorum uſus 62
Annus in mẽſes duodecim 249
Animalia multa ut ſacroſancta nutriuntur in templis 40
Antropophagi 98.& 269
Antiochia prima eccleſiæ ſedes 127
Animalia mirabilia 296
Aqua religioſiſsime colitur 78
Aqua de melle & auena ſublimatur 181
Aquitania olim aremorica 271
Appellationis abuſio 202
Apis bos 40
A pecore troglodytæ filios denominant 47
Apenninus mons 241
Aphricæ ſitus gentes & qualitas 21
Apũ & mellis mira copia 172
Arabia triplex 56
Arabum mores 56
Aſtra quatuor mercurij 64
Argyppæi natura calui 99
Areopagitæ 151
Ariſtocratia adminiſtratio optimatum 275
Arræ traditionis uirtus 235
Ars ex neceſsitate 56
Artes ut inutiles ſublatæ 156
Arſaces parthorum reges 76
Aruſpices 249
Aſiæ denominatio 55
Aſiæ quatuor confinia & magnitudo 55
Aſia ab Europa diuiditur 21
Aſſyria 61
Aſylum 247
Atlantes anonymi 45
Atalligallorũ caduceatores 277
Athletæ 255
Athenæ & illius ciuilia inſtituta 150

Auaritia regnorũ diſturbiũ 58
Aurum ære uilius 24
Auri & argẽti nullus uſus 93
Auri & argenti uſus lege ſublatus 156
Aurũ in deorum templis ſparſum 266
Auſpicia & ſortes 207
Autores legũ numĩa habita 153
Axione legum tabulæ 153
Azymorum feriæ 71
Bocchorides legiſlator 37
Boemia & confinia 187
Boues fœminæ non immolabantur 29
Boũ & equorũ ſtercore ignes nutriuntur 100
Braccata Gallia 271
Braga Boemorum regia 187
Bragmani 87
Britannia 288 *Budini* 99
Buda Hungarorum regia 185

Bacchanalia 190
Baleares inſulæ 292
Baſſæ militiæ duces 117
Barba nobilitatis indiciũ 266
Barceæ fœminæ 45
Barbari ululantes bellum petebant 160
Bardi poëtæ galatarum 268
Baptiſmi ſacramentum 134
Bauaria ſiue Baioaria 226
Belgica 272
Bellicoſi Tartari 106
Belligerandi ritus 46
Bellũ inituri facies tingũt 289
Benedictio rerum irridetur à Boemis 188
Bethica Hiſpaniæ 282
Blaſphemiæ pœna 66

Cacanni bauarorum reges 227
Calcei roſtrati, obtuſi 278
Cadauera intra urbes ſepeliri permiſſum 161
Cæſorũ in bello ſepultura 154
Canguiſta primus Tartarorum rex 101 *Caligæ uſus* 260
Calamus aromaticus 172
Chami immaturũ exilium 17
Cainus primogenitus 16
Canones miſſæ 132
Canopos ſydus 299
Cantus tybiarum in bello 159
Cãtãtes belligerãt Hiſpãi 284
Cantabri 287
Cananæa terra lacte & melle fluens 65

Capita hoſtiarum damnata ab ijciuntur 29
Capillorũ cultus probro 174
Carniſpriuij dies 216
Caſtrenſis ignominioſa lex 37
Cataclyſmus 16
Cataini & mores 91
Celeres & officia eorum 249
Celtæ galli 271
Cenſus ciuitatis 251
Cenſores Romanorũ duo 254
Certamina fœminæ dirimũt 48
Ceruiſia totius ſeptentrionis potus 175
Ceruiſiam contẽnũt ſoli Francones 214
Chaam rex dei filius 104
Chaldæi 63.64 Charinthia 237
Chriſtiani idolatræ 120
Chriſtiani à chriſto 127
Cimbri 270
Circuncidere uirilia 28
Circi magnitudo 256
Ciuitas quiritum 242
Ciuitates Aegypti 28
Ciuitates Thraciæ 167
Ciuitates Hiſpaniæ 282.& 283
Citharæ in pcinctu uſus 160
Clericorum in eccleſia dignitates 129
Clerici ob quid honorãdi 199
Clientes 245
Claſſes Romanorũ 250.251
Cœmiterium 147
Coitus Indorũ in ꝑpatulo 87
Concharũ cruda caro cibus 52
Concilium areopagitarum 151
Cœlibes ludibrio habentur 157
Comata gallia 271
Communis Libycarum gentium uita 46
Cõpotando certãt ſaxones 209
Comitiorum tria genera 254
Cõfirmationis ſacramentũ 135
Confeſſio peccatorum 140
Cõſuetudo furibus acerba 239
Conſules Romani duo 252
Conſecrandi imperatores Romanorum ratio 257
Cornuũ in procinctu uſus 160
Corybantes 215
Cracouia Polonorũ regia 183
Creta quæ etiam Candia 164
Crudelitas Tartarorum inſignis 105
Cupiditas ferociſſima peſtis 88
Curatores funerum 41
Curatores pupillorum 153
Culices leonibus infeſti 49
Curiæ i& curiones romañ. 244

Cynamymi 52
Cymbrica cherſoneſus hodie dacia 177
Cyneci 49
Cynocephali in India 90
Cyrenæ fœminæ 45

DAci 184
Debæ diuites auri 57
Decalogus in monte ſina datus 66
Decem Dei præcepta 133
Decem uiri 254
Decimæ quomodo & de qũibus dandæ 228
Defunctorum Chriſtianorum exequiæ 147
Democratia 155
Deorũ cultus ab Aethiopibus inſtitutus 23
Deorum ſimulachra in prælium geſtata 196
Dies Veneris Turcis ut ſabbatum Iudæis ſacra 121
Dies lapillo ſignare 166
Dies trium tantum horarum in Scotia 290
Dies nulli & noctes nullæ 292
Dies qui Chriſtiani ſacri 141
Dignitatum ordo 243
Dignitas ſenatus 246
Dignationes ſtrenuorum militum 267
Dij ſcytarum 94
Diluuium; quandiu durauit & quare immiſſum 16
Dictator & eius dignitas 243
Dicendi conſtans ratio 64
Ditiſſimi mortalium arabes 56 & 57.
Diuitiæ Indiæ admirandæ 82
Diuitiæ Germaniæ 192
Diuitiæ Angliæ 289
Diuitiæ Hiſpaniæ 282
Dominica Dies Chriſtianis ut ſabbatum Iudæis ſacra 143
Domicilia Gallorum 276
Domus mahometis ĩ mequa 122
Domuum publicarum priuilegia 232
Donationes eccleſiarum 227
Dragulæ & dani 171
Drauus amnis 237
Druides ſacerdotes gallorũ 273
Ducalis aulæ immunitas 230
Ducum cauſſæ 229
Duodecim fidei articuli 133
Duodecĩ matrim. dirimẽtia 139
Duodecim Franciæ pares 281
Durus habitandi mos 293

EBrietas capitiſpena mul tatur 181
Ebrietas nõ uitioſa 198
Ebudes inſulæ 292
Eccleſia Chriſtianorum 145
Enoplia ſiue pyrrhica ſaltatio 156
Ephororum poteſtas 156
Epiſcopi conſecratio & eius dignitas 136
Epiſcoporum cauſſæ 228
Epiſcopi quomodo primum introducti 137
Equis omnia obeunt Parthi 77
Equi nulli in Arabia 56
Equi Hiſpanorum præſtantiſſimi 282
Equorum præſagia explorata 207
Errores à fide Armenorũ 113
Errores Boëmorum 188
Eſſeorum uita 73
Euchariſtiæ ſacramentum 138
Euentus belli monomachia tentatus 208
Europa & eius limites laudesq; 148
Europa ab Aphrica diuiditur 21
Exercitia puerorum 80
Expiationes Iudæorum 68
Ex prouocatione certare 266
FAba immundum legumen 29
Fabulas non amant bragmani 89
Falſariorum pœna 37
Famuli regum Scytharũ omnes ingenui 95
Factioſi ſemper Galli 272
Faſti & nefaſti dies 249
Ferarũ aſtuta uenatio 49.50
Ferarum pelles gentis diuitiæ 175
Ferias non obſeruantes quomodo puniendi 231
Ferri & argẽti uſus nullus 97
Fertilitas terræ quare cohibita 15
Fidei dandæ ritus 56.57
Filius parentibus iniurius ſuſpẽditur 67
Filiarum publica proſtitutio 81
Fimbria ueneris precium 44
Fœderum ineundi forma. 75 & 94
Franconia 212

Frãcia quæ etiam Gallia 272
Frictio corporis probatur 83
Frigoris mira curatio 181
Frugaliſſimi mortaliũ tartari 105
Fundæ ſtudium 293
Funerandi multæ rõnes 40.41
Funebris Chriſtianorum luctus 147
Furti admiranda lex 38
Furto nihil ſceleratius creditũ 93
Furti pœna 124
Furari pro honeſto habitũ 159
Furtorum compoſitio 232
Furtiua emptio 233
Futura ex aſtris uaticinati Chaldæi 65

GAnges indus hipanis. 81.82.

Gallatia europea 264
Gallatia aſiana 270
Gallia 271
Galli tripudiantes belligerant 160
Garamantes 44
Garrei opulenti 59
Geloni 99
Gentium diuerſitas 19
Gentes quæ turciam inhabitãt 114
Georgiani 112
Germani annuatim inſaniũt 216
Germani olim uno nomẽ ſueui ſicut hodie Franci 224
Gepidæ 184 Gethæ 167
Glãde ueſcebãtur luſitani 286
Glaſto tingebantur belligerãtes angli 289
Glycerhyſa liquericia 212
Gnidanes 44
Gothi ex ſcãdinauia 178
Græci ob fabulas deriſi 43
Græcorũ militares ordines 128
Græcia 148
Gregatim iniciabantur ſacris ægyptij 28
Grubẽhaimeri hæretici 189
Gymnoſophiſtæ indorum philoſophi 87
Gymnaſium pariſianum 277
Gymneſiæ inſulæ. 292

HAereditatis uariæ leges 234
Hebræi ſiue iſraelitæ 65
Hebræorũ militaris ordo 128
Heræ uxores dictæ 157
Herbæ mortẽ ferẽtes 296

Hæreſis Boemorū inuicta 190
Hercules in Germania 194
Herculea ſacra 248
Hiſpania 282
Hiſtriones 257
Homicidij pœna 36
Hoīes à brutis parū diuerſi 17
Homines ab omni paſſione animi ſemoti 53
Hoīes ſermone carētes 53
Hoīes odore ſolo uiuentes 90
Homines auritiſſimi 90
Hoīes ceruicibus carētes oculos habētes in humeris 91
Homines natura imberbes 91
Homines opinione ſacri 99
Hominum mirabilium deſcriptio 295
Hominū ingenia ſecūdū terrā in qua habitant 149
Holocauſtum 69
Homicidio ſcythæ gaudent 93
Honeſtiſſimi ueſtitus turcæ 119
Honor defunctis regibus exhibitus 163
Horæ chriſtianis ſeptem canonicæ 31
Hoſpites potu excipiūtur 209
Hoſtiū ſpolia domorū forbus affiguntur 267
Hoſtium capita poſtibus affiguntur 98.276
Humana coria p amiculis 94
Hungaria 183
Hybernia & hyrlandia 290
Hyperueretheus menſis 70

Iactādi magna peritia 293
Ianboli inſula 294
Iberia hiſpania 292
Ibiden uel elurum interficiens interficitur 40
Ichthiophagi 51
Ida nons excelſiſſimus 165
Ieiunia turcarum 122
Ieiunia Armenorum 113
Ieiunia Chriſtianorum 141
Ignem religioſiſſime colūt tartari 108
Ignis ſacroſanctus & perpetuus 179
Ilophagi 49
Illiterati iudices 202
Immunitas eccleſiarum 228
Inaures mulieres geſtant 174
In ægypto nūquam pluere 28
Indorum ordines ſeptem 84
India & gentis mores 82
Infantes non nutriunt Saxones pulte. 210

Infantes inualidi præcipitio ne-cantur 158
Infantes communicant Boëmi 189
Infantes communicant Armeni 113
Infernus à Turcis creditus 126
Ingenuorum Romanorum ordo 243
In hominis arbitrio quæ poſita 73
In propatulo coëuntes 44
Inter pocula conſultant Perſæ 80
Inuenta tyrrhenorum 264
Iobeleus 69
Iren puerorum præceptor 159
Iſſedones parētes defunctos comedunt 100
Iſis apud ſueuos culta 224
Iudicio defunctorum uita diſcutitur 42
Iudicia Aegyptiorum 34
Iudicum electio 35
Iudiciorum Germanorum ratio 201
Iudicium occultum Vueſtualiæ 211
Iudex qualis eſſe debeat 230
Iudæorum ritus cæterorum cōtrarij 71
Iurare per regis ſolium 96
Iurandi forma Bauarorū 235
Ius in uxores & liberos 274
Ius municipale 258
Iuſtitia ſarracenorum 124
Ius honorarium 255

L

Anearum ueſtium contemptus 30
Latium & Auſonia 240
Laus Aegyptiorum 30
Lacedæmonia ſiue laconia 155
Lac iumentinum 105
Laus Europæ 148
Laudes Sueuiæ 222
Laus Italiæ 242
Laus Galliæ 278
Laus Hiſpaniæ 282
Lauandi mirabilis ritus 96
Legādæ pecuniæ poteſtas 152
Leges nullæ Aethiopibus 26
Leges multæ Aegyptiorum 35
Leges quæ optimæ cenſendæ 48
Leges à Moſe iudæis datæ 66
Leges à Mahomethe Sarracenis latæ 115
Leges à Dracone ſancitæ 151

Leges à Solone datæ 151
Leges à Lycurgo perlatæ 155
Leges quædam Saxonum 207
Leges in neptuni placationem mulieribus graues 154
eges multæ Bauarorum 227. L & ſeq.
Leges à Romulo latæ 247
Legitima militia decennalis 243
Leproſi & gonorei ex urbibus pellendi 68
Letaniæ chriſtianorum duplices 142
Lex in mœchos crudelis 37
Lex ſiſatea 38
Lex circa infirmos utiliſſima. 63
Liberi diuerſo matrimonio ſuſcepti 124
Libycarum gentium mores 21
Lictores cum faſcibus 247
Liguria 261
Lingua hominibus natura duplex 29
Lineis ueſtimentis uſi ſacerdotes 29
Literarum apud indos nulus uſus 82
Lithuania paluſtris regio 175
Liuonia 177
Lituorum uſus in procinctu. 160
Longiſſima Indis uita 82
Longobardia 263
Lotio corpus curare 284
Luctus in regis morte publicus 32.164
Luctus funebris undecim dierũ apud Lacedæmones 161
Luctus funebris apud aſſyrios 63
Luctus funebris chriſtianorun. 148
Luctus funebris apud Ruſianos. 173
Luctus funebris tartarorum. 110
Luctus funebris hungarorum 189
Luctus funebris germanorum 203
Ludus circenſis ſiue plebeus. 255
Ludi ſcenici 256
Lugendi defunctos mirandus ritus 28
Lugdunenſis Gallia 271
Lundonia anglorũ regia 289
Luperci & lupercalia 216.217

Lupi nulli in Anglia 289
Luſitania 285
Luxus omnis è medio ſublatus 156.157
Lycurgus legiſlator 157
Lyrce 99
MAcilēti oēs galli 276
Mace 44
Magnitudo Aſiæ 55
Magi & eorum officia 64
Mahometes in Libya 27
Mahometis parentes & dogma 114
Magiſtratus Iudæorum 66
Maria Chriſti mater 127
Magna in humanis rebus mutatio facta 27
Mariæburgum 178
Marathon 134
Magiſter equitum 233
Magiſtratus ſemper armatus 196
Magiſtratus ſacroſanctus 253
Maſculis brachia frāgūtur 54
Matrimonij ſacramentū 139
Matrimoniorū repudium 243
Matres & liberi bello adhibiti 196
Maſſagethæ 96
Maſcouiæ duces 178
Mauri in Aegypto 27
Maxies 46
Medo potus dulciſſimus 172
Media & fines eius 75
Medici ex præſcripto curant, non arbitrio 39
Mel & uinum ex palmis 61
Melanchleni 98
Mellis uectigal ingens 183
Menſæ de corio 121
Meroë æthiopum regia 24
Militiæ tartarorū ordīatio 101
Militia turcarum ex quibus conſtet 117
Milites teutonici mariani 177
Militiæ Romanæ gradus 243
Militaris turcarū peritia 119
Mira æthiopū obediētia 23
Miræ patientiæ homines 53
Mirabilis mos 42
Mirabilis nubendi mos 62
Miſſæ apparatus 132
Moleſtiſſimi mortaliū tartari 104
Monachi 130
Monumentum calliſti 154
Monomachia cōtrouerſiæ cōponuntur 174
Monomachia cauſſæ dubiæ diſcutiuntur ibidem
Monomachia euentus belli ex-

ploran tur 208
Monopedes 90
Monoculi homines eodem
Moneta papyracea 92
Mors miſeranda 50
Mortis commonefactio in conuiuijs 29
Morbos uomitu curant aut ieiunio 39
Mortuorum publica laudatio
Moriendi ritus 87 (42
Morbus non infeſtãtur bracmani 89
Moſcouia & moſcouitæ 180
Mulieres cũ hoſpitibus cocuntes 63
Mulieres multos uires habentes 75
Mulieres ſemen tãtum parientes 91
Mulieres quinquennes parturientes eodem
Mulieres ad bellũ edoctæ 112
Mulieres ingenuæ notis quibuſdam inſigniũtur 169
Mulierum cauſæ 231
Mulieres uiros ſtrenue iuuant 262
Mulieres agros & rem domeſticam curantes 283
Mundus æternus creditus 64
Muſica dãnata ab ægyptijs 39
Muſica in conuiuijs 56
Mußicani 82

NAbathæi omnium continentißimi 59
Narbonenſis Gallia 272
Naſamones 43
Nauigia ex corio 61
Nauigia ex arundinum interrodijs 86
Neuri 98
Nihil priuati panchais 60
Nobiliũ Germanorum ſtudia 200
Noctes æſtatis in Anglia lucidæ 288
Noë propagatio 16
Noë filios ac nepotes habitatũ tranſmittit ibidem
Nomades 57 Noricũ 226
Nouem ſacerdotum ſacræ ueſtes 130
Noxios ſacrificabant cymbri 270
Nubendi mirabilis mos 90
Nudi qui pugnabant 187.195
Nullum noxium animal in hibernia 291

Nupturæ deuirginandæ regi exhibentur 43
Nuptam conuiuæ per ordinem cognoſcunt 293
OBnobij montes 210
Ociari & ex raptu uiuere honeſtum 169
Occulti iudices uueſtualiæ 211
Odor & mira rerum fragrantia in ſabæis 58
Oebalia 155
Oenotria 240
Officium regis ægyptij 31
Oleum è ſeminibus & nucibus 175
Oligarchia 156
Omnia centenaria immolantur 286
Omnia uniuerſorum 292
Opiniones de hominis origine 15.18
Opinio de dijs 17
Opiniones druidum uariæ 273
Ophiophagi 57
Oppida indiæ quinq; millia 81
Optima medicina lotium 285
Oratio dominica 132
Ordines gentis æthiopiæ 26
Ordines Athenienſium 151
Ordines chriſtianorum 130
Ordinis ſacramentum 135
PAdæ pecuarij Indi 86
Panchaia 59
Paleſtina & fines 65
Pannones 184
Panis ex toſtis amigdalis 75
Paradiſus 15.126
Parſimonia ægyptiorum 16
Parlamentum iudicum Francorum 279
Parricidarum pœna 36.287
Papa Romanus pontifex 128
Parſimonia morborum omniũ curatrix 89
Parentationes ruſianorũ 173
Paſcha Iudeorum 71
Paſcha Turcarum 122
Paſcha Chriſtianorum 141
Paßio & uita Chriſti recolitur 141
Paſtoricij nihil uaccinum guſtant 45
Parthia & eius latera 75
Patroni 245
Patricij 244
Pecuniæ nullus uſus 176.293
Pentecoſte Iudæorum 71
Pentecoſte Chriſtianorum 142

Peones

cōnes 184
Periurus digitis decurtatur 83
Perſia 78
Periurium capitale apud Aegyptios 35
Periurij grauis animaduerſio 236
Peregrinari lacedæmonibus ꝓhibitum 161
Perpetuum frigus 179
Peregrina ſacra urbe excluſa 248
Petrus eccleſiæ Chriſtianæ princeps 127
Phariſeorum mores 72
Philiæ ſiue phidicia 157
Philoſophorum de mundo opiniones 18
Philoſophi quantum uitæ humanæ proſint 84
phthiriaſi moriūtur acridophagi 51
Piacula Iudæorum 70
Piſcium ingenioſa captio 52
Pitacia in frontibus 72
Planetarum obſeruatio 64
Plebei 244
Pocula ex capitis teſta 94
Policia Aegyptiorum 33
Policia Panchaiorum 59
Policia Indorum 84
Policia Romanorum 128
Policia Athenienſium 150
Policia Thracum 169
Policia Germanorum 199
Pompa in regio funere 95
Polonia duplex 183
Potentia ſacra militiæ Teutonicæ 179
Pontifex 250
Populus in claſſes diuiſus 250 & 251.
Portugallia 285
Pœnitentiæ ſacramentum 139
Preſbyteri 136
Præcipua in armis gloria hybernis 291
Prætores romani ſemp duo 255
Primorum parentū creatio 15
Promiſcue cum mulieribus habitantes 45
Prothoplaſtorum uita 15
Prouinciæ Germaniæ 191
Pruſsia ſiue pruthenia 177
Publica conuiuia lege inſtituta 156
Pueros leges addiſcere debere 66
Pueri expoſiti ex publico nutriuntur 62

Puerorũ lacædemonum educatio & exercitium 158
Pueri in agrum nõ in forum ducebantur 161
Pueri ſtudiorum gratia exulantes 204
Puerorum educatio & impenſa ſeuis 38
Pugnandi parthorũ ratio 76
Pugnãdi Hũgarorũ ratio 186
Pugnam cantantes ineunt Hiſpani 284
Purgandi per ignem ratio 109
Pueri ĩ hipodromo exerciti 80
Pythij 163

Q

Quare ueri Dei cultus apud tã paucos permanſit 18
Quatuor Aphricæ latera 21
Quatuor aſtra mercurij dicta 64
Quæ animalia in Aphrica naſcantur 22
Qui primum Deos commenti aras & ſimulachra 28
Qui philoſophi ad Aegyptios ſtudiorũ gratia iuere 30
Quid coẽgerit Aegypti reges bene uiuere 33
Quid mortuorũ corpora à putredine diu conſeruat 41
Quid feſtis diebus ruſtici agãt 205
Quindecim ſacræ epiſcoporũ ueſtes 130
Quinqes in die orãt turcæ 122
Quinta olim feria ut dies dominica feſtiua 143
Quinq; per annum Chriſti eccleſia recolit 144
Quæſtores Romani duo 253

R

Raptu nubũt uirgĩes 157
Regis officium diurnum pariterq; nocturnum 35
Regibus non omnia agere licitum 32. & 195
Regis Indorum uita mulieribus curæ 83
Reges ex una tantũ familia 79
Regij ſcythæ 94
Regia poteſtas 111
Reges ſemper duo apud lacedæmones 155
Regum ſpartiatarum dignationes 162
Regiones Græciæ 150
Regio hyeme tantũ adeũda 175
Regiones Italiæ 240

Regiones Germaniæ 191
Regiminis pulchra forma 255
Regiones Galliæ 272
Regiones Hiſpaniæ 282
Regna Hiſpaniæ quinq; 285
Religio Iudæorum 72
Religio Perſarum 78
Religio Tartarorum 103
Religio Turcarum 122. & 123
Religio cantabrorum 287
Religioſi ualde hetruſci 264
Religio ſcytharum 94
Repudium apud Turcas 125
Rex phanaticus apud Aethiopes 23
Rex domeſticatim ſingulis annis eligitur 215
Rex ſacrificulus 253
Rex eligitur cui nulli liberi 169
Reqſtarū iudices gallorū 280
Roma quiritum ciuitas 242
Romanæ ciuitatis policia 244
Ruſia ſiue ruthenia 171

SAbei 58
Sabbatū Iudæis ſacrū 70
Sacerdotes in ſummo honore apud Aethiopes 26
Idētidē apud pancheos 60
Sacerdotum utilitas & autoritas 33
Sacrificandi ritus 45
Sacerdotes delicijs uacant 60
Sacerdotibus ſacrum locū exire non licet 60
Sacerdotum Chriſtianorū uita mores & habitus 129
Sacerdotes Turcarū à plebeis parum differunt 123
Sacramenta eccleſiæ ſeptē 133
Sacerdotum ruſianorum habitus 174
Sacerdotum dignitas apud germanos 195
Sacerdotes fœminæ 270
Sanctiſſimi mortalium ſeres 97
Sacerdotes armeniorum uxores ducebant 113
Saducei 73
Salus regis omnibus curæ 32
Saltatio pyrrhica 166
Sal ex lacu foditur 172
Sal ſtyrianū 239 Saltatores 255
Salis fodinæ 183
Salij ſacerdotes martis 249
Saltzburga olim iuuania 227
Samogithia 179
Sanguine Iudæi abſtinent 68
Sarmatia europea 182
Sarraceni & Turcæ de Chri

ſto quid 115
Saronide philoſo. galatarũ 268
Satisfactio pro admiſſis 140
Sagaciſſimi mortaliũ cathaini 91
Satyriſci 256 Sauus amnis 237
Scotia 290 Scythia et gẽs ei9 92
Scuti in bello amiſſio dedecoroſum 195
Sculteti pagorũ præfecti 205
Semi & iaphetis prognati 17
Sepeliẽdi ritus apđ thraces 170
Senectus in honore 29
Senior cuiuſlibet cœtus rex 297
Sedentaria ars ingenuis prohibita 248
Senio aut morbo adfecti mori compelluntur 97. 296. 297
Senibus niſi prudentes nullus honor datur 83
Senectus apud lacedæmones honoratiſſima 162
Sepeliẽdi ritus apđ aphros 46
Sepeliẽdi ritus apđ tartaros 110
Sepulchra in melle 63
Sepulchra regũ ſcytharũ 95
Sepeliẽdi xpianorũ ritus 147
Sepulchra nihili curãt Troglo ditæ 47
Senes maſſagethæ ĩmolant ſuos & carnes edunt. 97
ſeptem eccleſiæ ſacramẽta 133
Septies orãt ĩ die chriſtiani 131
Septies baptizandi olim examinati 134
Septem circa baptizãdos 134
Septem clericorum ordines 135
Seres ſanctiſſimi omniũ & quietiſſimi mortalium 97
Sermo in miſſa qualis 132
Seruilis cõditionis apud Indos nemo 86
Serpẽtes ĩnocui et eſui apti 197
Serpẽtes pro dijs uenerati 176
Serpentes domeſticatim exculti 176
Septem caſtrenſes 170
Senatus 245
Simplex mortalium uita 53
Siculi ex Italia in inſulam expulſi 261
Sigillũ imperatoris Chami 111
Sigillis Turcæ literas nihil obfirmant 120
Sclauonica lingua omniũ maxima 176
Slauõica lĩgua alijs uiciata 182
Sodomitæ Tartari & Sarraceni 108
Sol & Luna diuinos honores conſecuti 17

Solẽnis ſuſpectarum fœminarũ expurgatio 68
Soli turcæ legitime militãt 119
Spartha 155
Spectaculum 198
Spermatophagi 49
Stratagema Tartarorum 107
Styria olim ualeria 239
Styrij uulgo ſtrumoſi 239
Strumæ cauſſa 239
Studia quibus Perſarum pueri uacant 79
Studiorum publicus in urbibus locus 204
Sues non alunt ſcythæ 94
Sueuia regio 221
Suffragandi ritus admirandi. 161
Suffragandi alius ritus 246
Supputatio tẽporis more Chriſtianorum 141
Superſtitio gentis famoſa 180
Superſtitioſæ obſeruatiões tartarorum 108
Suſceptio principis miranda 237
Symbolum apoſtolorum 132
Syluæ ſacroſanctæ 180
Sylua hercinia 212
Syllura inſula 291

TAprobanæ inſulæ deſcriptio. 299
Tarraconenſis Hiſpania 282
Tartaria & gẽtes eius 100
Taurus mons 55
Tauroſcythæ 98
Temulentia nulli probro data 198
Temulentia morte uindicatur 181
Templũ ultra fidẽ ingens 62
Templa Chriſtianorum 145
Temporũ ſupputatio per chaldæos 65
Tempus omne æquatur à Tartaris 104
Tempus ut ſupputatur à Chriſtianis 141
Terræ diuiſio 20
Terræ Aphricæ qualitas ibidẽ
Terrarum omnium parens Italia 242
Terrarum omnium fertiliſsima ruſia 172
Terra abſq; cultura frugifera 295
Teſtes & eorum cauſſæ 235
Teſtudinum marinarum magnitudo 300

Tegendi capitis olim nullus uſus 260
Thermoylæ montes Græciæ 150
Thracia & gentes 167
Thomæ apoſtoli ſumma uene-ratio 26
Thuris copia in panchais 59
Thyle inſularũ extrema 292
Tibiarũ uſus in procinctu 159
Totius orientis dominus impe-rator Cham 102.
Toxicũ ſemp in prõptu 287
Tributi penſio 252
Tributa perſarum 79
Tribus Romanorum 244
Tribus Athenienſium quatuor 151
Tribuni plebis & militũ 354
Trieterica ſacra 99
Tres teſtimoniũ ferant 67
Trauſi 168
Tritonia palus 54
Troglodite 46
Transfugarum pœna 196
Tumulantur ſerui quinquagin-ta cum mortuo rege 95
Turcæ & ſarraceni in unam gentem coaliti 117
Turcia & eius gens 117
Tuſcia 263
Tyrrhenia eodem
Tympanis & tybijs in procin-ctu etiã turcæ utuntur 120

V Alachia quæ olim da-cia 170
Varij Francorum annui ritus 214. & ſeq.
Varia animalia portentoſe co-luntur 39
Vaticinandi uarij ritus 286
Venãdi tartarorũ ritus 103
Vendendi & emẽdi nullus uſus 80
Vendere homines ſolitũ 182
Venatio priuatis ꝓhibita 200
Veritas inſigne principis iudi-cum 35
Veſta dea tributim uenerata. 249
Veſtales uirgines quatuor. eo-dem
Veſtitus Tartarorum admiran di 105
Vetuſtiſsimi gentiũ Hebræi 65
Viaticũ Chriſtianorum corpus chriſti 138
Victoria ſuperbiſsime utuntur Tartari 107

Victus cynecorum pauperriſmus 50
Vitia non ridenda 197
Vinũ & mel ex palmis 61
Vinũ à Sueuis diu ſpretũ 223
Vinum mulieribus Romanis interdictum 248
Vini appetẽtiſsimi galatæ 265
Virginum annua decertatio in mineruæ feſto 45
Virgines nubiles uenũ exponuntur 62
Virginũ laconum ſtudia 157
Virgines ſine dote nubere 162
Viri amazonum mulierũ officia curant 54
Viri & mulieres æqualiter induuntur 106
Vmbra apud Arabes 57
Vmbrorum terra 263
Vnde morum & linguæ tanta diuerſitas 17
Vnctionis extremæ ſacramentum 141
Vrbium germaniæ ſitus 204
Vſurarij tartari 104
Vualdenſes 188
Vueſtualia & eius iudiciũ 210. 211
Vxor uniuerſæ cognationi una 56
Vxores & liberi omnes omnibus communes 47.49
Vxores uiris ſingulis multæ 77
Vxor chariſsima cum defuncto crematur 90
Vxor niſi pepererit nulla habetur 108
Vxor chariſsima cum defuncto ſepelitur 168
Vxores heræ appellatæ 157

XAnticus menſis Aprilis 70

ZAlmoxis gethàrum deus & legiſlator 197
Zabicum mulieres aurigantur 46
Zigantes ſimijs ueſcẽtes 46
Zlota baba idolum 182
Zitum ex hordeo potus 265

PAVPERTATEM SVMMIS INGENIIS OBESSE, NE PROVEHANTVR.



Ingenio poteram ſuperas uolitare per arces,
Me niſi paupertas inuida deprimeret.

LVGDVNI,
Apud Franciſcum Iuſtum.

M. D. XXXVI.

a–v^{8}, x^{4}